




**Hecastus Macropedii : fabula non minus pia, quam jucunda, in  
qua tanquam in speculo, contemplari licet, quemadmodum ex  
animo paenitentes, per Christum, ad foelicem vitae exitum  
perducantur.**

<https://hdl.handle.net/1874/421186>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

**MACROEPII**  
**FABIAE.**

X. Oct.

177

Rariora












Litterae Latinae

Octavo n° 177.







H  
M  
N

v. x. oct. 177  
Rariora

# HECASTVS MACROPEDII, FABVLA NON MIN VS PIA, Q VAM IVCVNDA,

in qua, tanquam in speculo, contemplari licet,  
quemadmodum ex animo pœnitentes, per  
Christum, ad fœlicem uitæ exitum per-  
ducantur.



ex dono Beckely

COLONIAE, apud Ioannem Gymnicum.

Anno M. D. XL.



# MODESTISSIMO IV XTA AC DOCTISSIMO VIRO D. GO

dofrido Montano Endhouensi Decano dignissi-

mo, Georgius Macropedius

S. D.



VANdoquidem tibi uir ornatissime iam  
dudum nostra placere ludicra, D. & fra-  
tre nostro Arnoldo communi amico re-  
ferente, cognoui, etiam tibi serium quid  
dam lucubrationum nostrarum dicare  
statui. Ad quod me pariter non modo proborum pa-  
rentum tuorum amica familiaritas, & in nostros col-  
lata beneficia, uerum etiam tua fratrurnq; worum (cū  
sub nostris in re literaria militaretis castris) proba in-  
doles & honesta conuersatio plurimum extimulauit.  
Accipe igitur hanc Hecastum fabulam nostram pietate  
honestam, anni præcedentis æstate non sine magno  
spectantium plausu à nostris tyrunculis actam, & iam  
tandem hortantibus amicis æditam. Et siquidem eam  
probaueris (id quod futurum spero) candidis commu-  
nica, & à Zoilorum dentibus (modo citra contentio-  
nem fieri possit) subinde vindica: sin autem ὡς θεοῦ φα-  
ντα μύθοι improbaueris, aut tuo nomine indignam iu-  
dicaueris, sic temeritatis me argue, ut nihilo minus  
amicum erga te animum, tametsi in uili munusculo,  
modestus agnoscas. Vale uir grauissime, & me tui a-  
mantissimum indica. Ex Traiecto pridie Calen-  
das Aprilis, Anno à Christo  
nato 1539.

PER

PERSONAE DRAMATIS, SEV FABULE INTERLOCUTORES.

Hecastus, maritus	Dæmones cum duobus amicis.
Epicuria, uxor.	Syngenes cum duobus cognatis.
Philocrates, filius	Mors, larua teterima.
Philomathes, filius.	Sathan, diabolus.
Philoponus, seruus.	Acolytus, persona muta.
Panocnus, seruus.	Hieronymus, pastor.
Oeconomus, libertus.	Virtus, persona steminea.
Dætrus, coquus.	Fides, persona fæminea.
Ancillæ duæ.	Plutus, latens & loquens ex arca.
Nomodidas calus, legatus.	Chorus ex tribus pueris & tribus
Puer legati.	puellis familiæ Hecasti.

AD candidum Lectorem.

**N**E mireris Lector Actorum frequentiam, quod magis auditorum scholæ nostræ utilitati, q̄ comico artificio studuimus.. Ut quod alioqui paucioribus, data opera pluribus conducat.

ARGUMENTVM.

ONuiuim sibi atq; amiculis suis  
Opiparum Hecastus apparans, pleuritide  
Percellitur, subitoq; post grauissima  
Scelera, citatur ad supremum iudicem.

Cumq; anxius neq; amiculos, neq; proximos,  
Neq; liberos fidos sibi comites uiæ  
Offenderet, despontet animum. Ad ultimum  
Virtute fultus & Fide, post sacrifici  
Monita salutis, postq; poenitentiam,  
Vitæq; restitutus est & gratiæ.  
Dein morte sancta spiritali gaudio  
Se affecit, & suos, probosq; reddidit.

# PROLOGVS.

**Q**VOT QVOT theatro nostro adeslis, tū  
uiri,  
Tum fœminæ, nouam sacramq; fabulam  
vobis hilariter offero. cui nihil  
Inest pudendi sceleris, aut lasciuia. At  
Quemadmodum unusquilibet, uel Hecastus hic  
(Qui candide uobis modo exhibebitur)  
Post gloriam, luxum, & uoluptates suas  
Subito subinde ab omnibus desertus, ad  
Mortem feratur horridam, uidebitis.  
Videbitis gestus pudicos undiq;  
Actusq; grauiter exhiberi comicos.  
Non hic amator uirginum, non leno, non  
Scortum impudicum, uel quod offendat pios  
Oculos, modo spectator adsit candidus.  
State igitur absq; turba, & absq; turbidis  
Clamoribus, noſtrumq; Hecastum ab initio ad  
Mortem uidete progredi, talemq; se  
Tandem futurum quisq; uestrum cogitet.  
Valete. Hecastum, cuius hinc libertum agam &  
Oeconomon, huc prodire mox uidebitis.

## ACTVS I. SCENA I. Hecastus solus, Iambici trimetri.

Nemo



EMO omnium mortalium felicior  
Me uiuit usquam gentium: quod nesciam  
Si quidlibet meam ad beatitudinem  
Quæat addier. Formosa coniunx, filij  
Acres, uenustæ filiæ, ampla familia est.

Varia supellex ornat ædeis splendidas.  
Thesaurus auro argento & electro tumet.  
Arcæq; perticæq; uestie plurima  
Ex purpura uel coccino aut holoserico,  
Conferta sunt lœti greges in pascuis  
Uberries, agri seraces, commodi  
Reditus, sed & possessiones plurimæ.  
Et quicquid ad felicitatem conferat,  
Inueni ualenti ac sospiti simul afflit.  
Age igitur anima, fruere rebus proprijs,  
Ede, bibe, epulare cum bonis sodalibus  
Et amiculis. Nec terreat te, qui tibi  
Diem futuri examinis prenunciant,  
Qui fauibus crepantibus tibi prædicant,  
Quod exigenda ratio sit de singulis  
Quæ possides uel prodigis, quemadmodum  
Expenderas. Nugas agunt qui hæc blasphemant.  
Nam quilibet (ut humana ratio iudicat)  
Rerum suarum dominus, haud oeconomicus est.  
Nunc igitur huc mea euocata uxorcula,  
De uestera coena, deinde uestperi

De erastina uolupte apparanda iussere.

Hinc Dæmonem amicum adiero, & hunc diem  
Iocis, fritillo, ac poculis sepeliero.

Prodi uxor ædibus, quod aliqua serio

Priusquam amicum adeam, tibi mandanda sint.

## A C T U S I . S C E N A I I I .

Epicuria, Hecastus, Panocnus.

Trimetri ut superiores.

**M**iuir quid euocas me ad æstum & aera?

Quin intus ea que erant iubenda dixerat?

He. Ut delicata, ut tenera facta es mea rosa.

Quin palla uel calyptra operuit has genas?

Ep. Etiam ne rideas? He. Egone? Ep. Tu nœ. Iam iocis

Et ineptijs missis anime, dic seria.

He. Cura apparari uesterum conuiuum

Et delicatum & splendidum sint frixa, sint

Elixa, sint assata, sint liquata, sint

Quæcunq; sint in copia. Nam uesperi

Nobis uiri primarij cum uxoribus

Lætiſime excipiendi, honeste ac blanditer

Tractandi erunt. Epi. Conuiuum mi uir recens?

Conuiue Hecaste denuo? calent adhuc

Verua, calent foci, calentq; chytropodes,

Et denuo mi Hecaste conuiue, & recens

Conuiuum? He. Si quid calet, iam seruat.

Parentur omnia denuo. Ep. hesterno dic

Quæ

Quæ cocta, nondum absunta sunt sufficerint  
Quatuor uiris, totidemq; eorum uxoribus,  
Ut puto. He. putas? abi, coquantur omnia  
Recentia. Ep. Licet. qui putas esuri erunt?  
He. Cognati, amici, contribules. Cæterum  
Uxor, tua nil interest præscire, quos  
Adduxero. cura apparentur quæ gula et  
Ventrifatisfaciant. Ep. Licet. tribus ne adhue  
Si coxero, satis arbitraris? He. Ut hoc genus  
Muliercularum illiberalc est et tenax.  
Nouem decemue adduxero, ut te Iuppiter  
Mala suscitatrix perdat. Ep. ne irascere, at  
Memineris ut nobis sacerdotes crebro  
In concione publica denunciant,  
Quod de omnibusq; et singulis, quæ prodigi hinc  
Absumimus, largimur, aut expendimus,  
Coram supremo iudice in nouissimo  
Die exigenda est ratio. He. Te iam scilicet  
Terret dies nouissimus. quos tu mihi  
Narras dies nouissimos? nugantur ij  
Qui isthæc ferunt, quô ex arculis nostris sibi æs  
Emulgeant. hi nos subinde territant.  
An non licet mihi meo pro arbitrio  
Quæ propria sunt expendere, aut partis frui?  
In parricidas, in latrones, in canes  
Verpos, in ethnicos, et id genus impios

Discussio hec deſeuiet. baptiſma nos,  
Christusq; nos feruabit. aut ſi quid fit in  
Nobis mali, poſt lachrymis piabimus.  
Neq; nos ſumus uirtutis omnino uacui.  
Quod namq; abundat erogamus interim  
Pauperibus, orphanis, peregrinis. Sacras  
Aedes ſacris diebus inuifimus, deo  
Preceſ dominicam fundimus. Fidem quoq;  
Nulla impiorum dogmaton affergine  
Fœdam, tenemus integrā. Vade ſtolida,  
Et coquito que coquenda ſunt nouiſſimus  
Quidem dies nunc longe abeſt, uenturus eſt  
Post multa tandem ſecula. age, fruamur hiſ  
Presentibus, dum ætas fauet, tempus iuuat,  
Fataq; ſinunt. Imca roſa, iſt hæc expedi.  
Ego Dæmonem accedo amicum proximum,  
Cum quo iocis, facetijs, & luſibus  
Tempus teram uſq; ad uesperam. Ep. Vade igitur, &  
(Quia imperare non quero tibi, nec uolo)  
Regredere queſo tempori. He. Heus. Ep. quid nunc? He.  
Volo,  
Si quipiam me quæritet, ne facile me  
Prodit, aut ſinatis euocarier.  
Quod hunc diem genio dicaui liberum.  
Sequere Panocne. Pa. Hem. Heca. Tu familię preceſ.  
Ep. Curabitur. Vir hic admodum fit prodigus,

Qui

Qui ne quidem blandis logis, nec asperis  
Compescitur. Nisi aliquid ego largissimis  
Illiis usq; impendijs detraxero,  
Cito res domestica tota dilabetur. heus  
Heus Dætre, ades. decem uiris uel foeminis  
Coqui uolebat alteram partem caute  
His sumptibus detraxero. fociis nouis  
Vetera recocta (modo integra) inscrenda sunt.

Heus Dætre. -

## ACTVS I. SCENA III.

Trimetri. Dætrus. Epicuria.

Dætrus hic quid herafactum uoles?  
Epi. Cape sportulam, atq; hos aureos solidos duos.  
Ex omnibus que per macellum uænunt,  
Quantum sati<sup>s</sup> decem uiris, eme optima.  
Dæ. Pape, decem iam denuo? Ep. denuo decem.  
Dæ. Si adddas adhuc solidos duos, uix emero.  
Ep. Abi frutex, non emeris? Dæ. non emero,  
Vt uæneunt iam opsonia. At si me audias,  
Probe admodum tibi consulam. Que adhuc super  
Sunt reliquie ueteres, nouis, ut recalcant,  
Interferantur callide. parcatur huic  
Dimidio emendi impendio. Ep. Recte mones.  
Si industrie fieri queat. Dæ. tam industrie,  
Vt et nec ipsa sentias que feceris.  
Sine me meo periculo hanc fabam cudere.

A s Ep.

Ep. Sino. uide ne in aliquo honori deroges.  
Mercare quod putas fore necessarium.  
Ego interim curabo cum famulitio  
Quod ad uoluptatem atq; splendorem attinet.  
Dæ. V adam. Tenacitas me hercle mulieri  
Sordesq; natura insita, haud ullo queunt  
Respectu honoris uellier. Satius mihi  
Fuit igitur obsequi, atq; idem suggestere quod  
Certe uidebam uelle eam sibi suggestri,  
Quod hinc mihi concilio pacem & gratiam.  
Prospicio Dæmonis fores aperirier.  
Proripio me, ne forte herus me hic opprimat.

## ACTVS I. SCENA III.

Tetrametri. Hecastus, Dæmones, Panocnus.

**H**oc est quod intus dixeram tibi Dæmones. sis-  
mus hic  
Cum poculis fritillum, ut aled & orbibus lusorijs  
Moucamus ultrò tædia. Dæ. Hem, sistamus. at quis legibus  
Certabimus? He. Victo hauriendus cyathus est. Dæ., immo-  
magis

Victo hauriendus cantharus, cyathusq; uictori cadat.  
H. Adhuc placet non admodū terret capax me cātharus.  
Puer ades, & his infunde uina poculis, deim domum  
Te proripe, atq; sat age, ne quid imparatum offendero.  
Caue deinde, si petat me quissiam, ne me indices.  
Pa. Non indicabo sed tibi quis usq; cyathissabit, &

Incess

In cæteris minister erit? He. Iners inertis non eget.

Abi piger, manum laboribus applica· nos nostra enim

Curabimus, nobisq; cyathissabimus redi. Pan. Hem. Heca.

Mane.

Primum omnium dic coniugi nos ad futuros uestigia.

Pa. Dicam. He. Philopono dic, paret uino hauriendo dolium

Dulcissimum. Pa. Licet. He. inde toti familiæ, ut sc̄ se excor-  
lant,

Chorum instruant, letiq; nos cum carmine excipiāt, quod  
hunc

Diem atq; noctem subsequam genio dicare statuimus.

Pa. Face so num quid alius est, quod exequendum preci-  
pis?

(crd.

He. Nihil. Pa. ualete sospites. He. Iam nostra agamus ludio-

Dæ. Agamus en bis unio. He. bis senio. Dæ. en bis binio

He. Bis quinio. Dæ. en bis ternio. Heca. bis quaternio. Dæ.  
bis quaternio.

Victoria hæc mihi cesserit. H. bis ternio. Dæ. en bis quinio

He. Bis binio. descensus usq; noster est. Dæ. bis senio.

Ascensus hic spondet mihi uictoriæ. He. bis unio.

Profecto prodigiosus hic iactus fuit. Dæ. fuit quidem-

Sed iam uicissitudinem hanc mutauero. te uerbero.

En ternio & quaternio. He. me uerberas, & uentulus

Me uerberare uifus est, sub dextero hoc hypochondrio.

Dæ. Quid somnias? He. Non somnio, sed intrò eanius obse-  
cro.

Dæ.

Dæ. Eamus, ast uterq; prius exhauiat sibi poculum.

He. Præbibe, sequar. D. bibi. sequere nam poculo hoc place  
ge tue

Medebere. He. id quod faxit Aesculapius. Dæ. faxit. bibe.

He. Bibi. sed haud dum sentio. cedamus intrò Dæmones,

Extraq; uentu hæc coepta terminemus alacrius. D. Placet.

Nā corpori ægro aquilo intulit persepe multa pericula.

## CHORVS. Iambici dimetri.

Ex capite II. Sapient. Salomonis.

Nihil sodales tandem erit

Caro nostra quam extinctus cinis,

Et mollis instar aëris

Sese resoluet spiritus.

Vt nubili uestigium

Hæc uita nostra transiet,

Vt nebula dissoluenda, que

Radijs liquet solaribus.

Perinde ut umbræ transitus

Vitæ suavis tempus est,

Operisq; nostri ac nominis

Cum tempore erit obliuium.

Igitur sodales commodis

Fruamur his præsentibus,

Veluti iuventa celeriter,

Imbuti Iaccho ex balsamo.

Non temporis flos transeat,

Vernis

Vernis coronemur caput  
Per omne pratum & compitum  
Rosis, priusquam marceant.

Nullus sit exors gaudij.  
Leticie ubiq; symbola  
Linquamus, hec quod una fit  
Pars atq; sors mortalibus.

## A C T V S I I . S C E N A I .

Trimetri. Oeconomus solus.

**G**randi malo serui putant se obnoxios,  
Cum imperia sedulo exequuntur herilia.  
Id quod mihi quoq; tunc persuasram fore,  
Cum seruitutis colla subderem iugo.  
Verum secus modo iudico. Nam tum (licet  
Operans & obsequens) eram multo omnium  
Liberrimus, curam omnem in alios transferens.  
Libertus ubi iam factus sum, cura undiq;  
Rerum omnium domesticarum me opprimit.  
Si quid uel intus uel foris uernaculi  
Neglexerint, mihi imputatur, quasi geram  
Curam uniuersam. Accedit his, quod nec mihi  
Obediunt, nec gnauiter suis student  
Negotijs. Nam aut garriunt, aut lusitant,  
Aut in foro omnibus obstrepunt, sua negligunt.  
Videbo quid Dætrum moretur, quo minus  
Ferat coquenda, coquatq; edenda uesteri.

Vos

Vos fulcra, mensas, gausape, & monilia,  
Orbes, quadratas, uasaq; parate, ut iussoram.  
Audistim' hæc: parate cuncta ut iussoram.  
Non audient me suspicor, sed ut ab ero,  
Ad fabulandum aut feriandum confluent.  
Recta tamen uadam in macellum, ut  
Quid hactenus Dætrum moratum est. Si quidem  
Occurrerit, uiae laborem ademerit.

## ACTVS II. SCENA II.

Tetrametri.

Panocnus. Philoponus. Oeconomus cum Dætro.  
**Q**uantumlibet festinet hera, quantumlibet Apeleu-  
therus,  
Res neutquam processerit, nisi Dætrus adsit qui coquat  
Quæ edenda sunt. quid discus absq; edulio? Ph. Bouē λο-  
γινός.  
Panocn. Tantisper ergo moremur hic dum redeatis, qui  
amissus est, (placet.)  
Dumq; ille abest cui labor & omnis opera inutilis est. Ph.  
Miranda sunt profecto quæ de nostro hero memor as mihi.  
Nam quanquam is hactenus fuit rerum omnium profusor,  
Et ad uoluptatem gula atq; Veneris indulgentior,  
Nunquam tamen tam futilem festinuit atem prodidit.  
Timeo hercle ne res tam insolita siet uiro malo omni.  
Panoc. Merito quidem nam sepe post Phœbi micantis cau-  
mata,

Sequuntur

Sequuntur solent tonitrua, extremumque risus luctus est.  
Memini quibus mors imminebat ocyus, quod gaudio  
Intemperato se nimis resoluerent. Phi. Id ominis  
Dij boni auertant. Ut tu se habebit hoc negotium,  
Videbitur. Nos interim curemus ea quae iusserrat  
Per singula exacte exequi, si non uelimus ulmei  
Rebus quibuslibet imparatis reddicer. Mensam ampliter  
Primum instruamus, leculos sternamus, atque pocula  
Munde eluamus. inde frondibus atrium uirentibus  
Herbis quoque redolentibus adornemus, atque (ut iusserrat)  
Chorum ex ephebis & puellis ordinemus consonum,  
Ne sit quod oculos introgressi offendat, aut bilem excitet.  
Pan. Mones probe. At iam tandem adest Dætrus grauis  
cupedijs,

Qui utriusque nostrum aliam laboris sordidi ansam porrigeat.

Comitatur Oeconomus, cui cura est rei domesticæ. is  
Iurgabitur scio, & arguet nos ocij aut socordiæ.  
Ph. Syndule non te pigeat operis aut laboris sordidi.  
Nam se omnibus seruus fidelis applicat laboribus.

Porrò huius ego pro iurgio respondeam. Oeco. Quid hic  
foris

Nugamini? Nihil est in ædibus quod exigatis? Phi. Est,  
Sed hactenus Dætrum morati ipsum sequemur præium.  
Dæ. Sequimini impigri. est enim quod utriusque committam. Ph. licet:

Te se

Te sequimur. Pa. Anne dixeram<sup>e</sup> Philo. Prædixeras. Sed  
obsecro,

Quem principem uirum eminus uidemus huc grauiſſimis  
Properare gressibus? Moremur. haud enim mediocris est  
Vir dignitatis, quisquis est id quod suis tum uestibus,  
Tum gestibus, tum maxime qua præditus<sup>e</sup> heroica  
Maturitate in moribus plane indicat, præferens  
Ingens decus, & autoritatem regiam. Pan. Videtur hic  
Legatus esse Cæsar is, Regis ue magni nominis,  
Quod hæc severitas & hæc maturitas nulli siet  
Noſtratum. Cedamus intrò nam pudet tantum uirum  
Excipere nam nos appetit. Ph. Siste, pudor abſit rusticus.  
Quid dignè hero respondeas, fugisse si rescuerit?  
Non nos quidem hic momorderit. si quid loquendum, ego  
eloquar.

## ACTVS II. SCENA III.

Tetrametri. Nomodidaſcalus. Philoponus. Panocnus.

I Amdudum in his mundi infimis conuallibus prædiuitem  
Homuncionem habitare multi prædicant, quæ rex dñm  
Hominumq; maximus iubet citarier, quem singuli & Huc  
primulum

Hene castum & unumquemlibet compellit ant.

Legatione functus opto conuenire ferio.

Phi. Herum petit. Pan. Verum. No. heus boni iuuenes, mi-  
hi ædes diuites,

Quus Hisecastus habitat, ultro ostendite. Phi. his in ædibus  
Habet

Habet His castus ipse herus noster domine uenerande, quæ  
Omnes Hec astum nuncupant. No. idem est. uocetur huc  
foras.

(ram

Ph. Dudum exiit mi heros domo, necdum reuersus est. heo  
Si poscis, ipsa adest. No. uocetur hæc. Ph. Panocne heram  
euoca.

Pa. Vocauero. No. Quò abiit herus? Ph. ad amiculum ani-  
mi gratia,

Vt poculis, uel lusibus iocis' ue tempus exigat.

No. Tempus terendum lusibus? tempus terendum poculis?

Quo nihil habet preciosius? quo nihil habet iucundius?

Quo debuit uitam priorem lachrymis sc̄e dif̄issimam

Piare? & ad uitæ futuræ gaudia aspirare? cum

Nil morte sit ei certius, nil mortis hora incertius.

At quid moratur uxor? aut quin hoc uocata proruit?

An despicit summi mandata regis hæc que persero?

Ph. Iādudum in amplus sp̄paratus uesperæ coenæ arbitror

Distracta, subito non quit explicare se uel comere.

No. O dire & execrandæ opes mortalium, ad quid non  
solent

(lula.

Mentes suorum cogere? Ph. Eccam heram sua cum ancil.

Heros uale nam est quod agam in ædibus. No. Adolescen-  
tule uale.

## ACTVS II. SCENA III.

Trimetri. Epicuria, Nomodidasculus, Puella.

P Apæ quis hic? Salve uir inclyte. No. salua sis  
Muliercula. Ep. Méne queris, an uirum meum?

No. Primum omnium tuum maritum, deinde te  
Quoq; admonendum censui. Sed ille ubi est?  
Ep. Ecastor istuc nescio. solus abiit.  
No. Videto quid respondeas. Os namq; quod  
Mentitur, occidit animam. Ep. Egone mentiar!  
Ne, quæ so, suspicetur id dominus meus.  
No. Videlicet, serui tui nouere, quod  
Tu nescias. Mitte igitur ocyus qui cum  
Adducat, est enim mihi res seria,  
Iussum quoq; necessarium regis mei  
Ter maximi, quæ & indicare me quidem  
Quamprimum oportet, ast eum mox exequi,  
Modò rationem sue salutis habuerit.  
Ep. Me miseram, ut hoc sermone me quoq; territus.  
No. Hic terror est maioris initium, nisi  
Nos audiat. Voca uirum. Ep. Timeo admodum,  
Ne non uelit uocarier. No. Nolit, uelit,  
Ducatur huc. Ep. Puella uade, & euoca  
Nostra ex familia quempiam. Pu. Euocauero.  
Ep. Quem mittam in ædeis Dæmonis, si fors queat  
Post pocula inde educier. Pu. uocauero.  
Aliud ne dici præcipis? Ep. Nihil aliud.  
At cum uocato regredere, ut dicam tibi  
(Si forte causa posulat) quæ uesperi  
Sint ordinanda fercula in conuiuio.  
Pu. Facesto. Ep. abi. No. quid tanta modo pro uespere  
Est cura tibi conuiuio, cum nescias

Num habitura sis tuo cum marito uesperem?  
Ep. Quid audio? Iuuenes sumus, sani sumus,  
Lustrumq; nondum septimum transfigimus,  
Qui mors subita nos opprimat? quæso melius  
Mihi ominare, ne quibus terroribus  
A poculis & ferculis nos distrahas.

No. Si mihi uacaret his tibi de singulis  
Muliercla respondere, non quām flulta sis  
Modo, sed & quām insanias, attenderes.  
Sed nunc adest puer uocatus, præcipe  
Ei, marito quod uelis referrier.  
Tantisper hic manebo dum peregeris.

## ACTVS II. SCENA V.

Tetrametri. Panocnus, Epicuria, Puella.

**P**rodire me foras iubebas hera? quid exigi uoles?  
Ep. Reuerte in ædeis Dæmonis quām potueris celer-  
rime, (nam herus)  
Et reuoca herum. Pan. Non audeam tentare quod iubes:  
Interminatus est mihi iam serio, ne se hoc die  
Aut euocarem aut proderē, Ep. Noui. sed imminet modo  
Necessitas ultima uelit, nolit, statim accersendus est.  
Dices uirū primarium ter maximiq; Cæsaris  
Legatum adesse in ædibus, qui iussa perfert seria,  
Sine remora denuncianda & inquietis, quodd mortis &  
Salutis ultimæ discrimina imminent, si negligat.  
Pa. Legatum adesse dixero, cuius necesse est iussibus  
Mox serio respondeat. Ep. sic dixeris. Pan. sic dixero.

**E**p. Alij uide ne dixeris. Pa. Non dixero. **E**p. uade interim  
Puella, sterne mensam in edito domus triclinio, (dio.  
Vi hospitem excipiamus hunc cum honore summo & gau-  
**P**u. Operam dabo, quo splendide sint apparata quelibet.  
**E**p. Niteant parietes byssinis, hyacinthinis, holosericisq;  
Tapetibus. **P**u. Faxon libens. **E**p. Fac mensa & auro spens-  
deat

Radiante, gemmatisq; poculis. **P**u. licet. **E**p. loca singula  
Styrace, thure, & galbano suffita sint. **P**u. suffita erunt.  
**E**p. At celeriter. **P**u. celerrime. **E**p. Iā comiterq; et callide  
Mibi loquendum cum viro hoc, donec maritus exeat,  
Si forte uenari queam, viro meo quid nunciet.  
Ipsiusq; adit me denuo.-

## A C T V S II. S C E N A VI.

Tetrametri. Nomodida scalus, Epicuria, Puer.

**M**-vlier, quid est quòd inutili  
Iubes labore distrahi totam familiam in ædibus,  
Ut putridam carnem oppreas, enutriasq; uermibus?  
Si habeas quibus uitam tuam serues, & hoc corpusculum  
Moderate operias, aliud his regionibus nil postules.  
Nam is cuius hac legatione fungimur ditissimus est,  
Qui in propria mensa suis paravit immortalia  
Sua fercula atq; pocula, utpote omnibus scse hac breui  
Vita pie colentibus & amantibus. Quid deniq; in  
His lachrymarum uallibus congeritis æs, uestes, opes,  
Captatis ampliter uoluptates, honores, commoda,  
Cras morte certo certius morituri, & omnia haec uelut

Nihil

Nihilum relicturi? Ep. Id quidem cognoscimus vir optime.  
Sed (obsecro) quid adeò mortem interminaris iuuenibus  
Sano atq; uegeto corpore? An non plurimis amis adhuc  
Vitam poterimus prorogare, & ultrò cœlis perfrui?  
No. O si scias q̄ hæc stulta sit præsumptio, modo trepidat  
Resipisceres, hunc fastum & hunc luxum ut lutum conte  
mneres,

Iramq; flendo iudicis cœlestis ante uorteret.

Ep. Qui stulta? non propitius est Deus optimus? qui & in  
ultima

Hora diei in uineam properantibus post ocium  
Magnum dabit parui laboris præmium? No. Si uera sit,  
Nunquam profecto est sera pœnitentia. At tu qui scias,  
Homo bulla inanis & leuis, quod horā ad undecimā queas  
Perducier? Nam qui spopondit pœnitenti gratiam,  
Is negligenti non spopondit crastinum. Quin & si ad id  
Aetatis ultime senex peruerteris, qui nunc scias  
Quod te in suam paterniliā uineam missurus es?  
Quandoquidem donum Dei perfecta pœnitentia, haud  
Res propriæ uirtutis est. Tuq; interim spreta Dei  
Patientia longa, secundum cor tuum non pœnitens,  
Tibi in supremum examen iram cōgeris. Ep. Tu territas  
Me neutiquam mediocriter dire necis uocabulo.  
Veruntamen difficile mihi persuadcas, hæc omnia  
Que possidemus ampliter fore deserenda, adeò temere,  
Et stulte, & inconsulte, ut illis non fruamur libere,  
Que uel sua clementia Fortuna, uel Di boni

Nobis suo fauore contulere abundantisime. At  
Iam sermo suspendendus est. tandem maritus aducnit.  
No. ut video, non respueris, donec tibi Lethum sua.  
Vitam sagitta transigat. Vade igitur, et fac quod tibi  
Censueris esse commodum. Ep. Vada, et uidebo quid mei  
Coniuio et triclinio apparauerint. te quoq; uelim  
Marito adesse uesperi, No. Is mihi modò conueniendus est.  
Profer puer diploma, diuinæq; legis codices.  
Pu. Hem tibi domine diploma, diuinæq; legis codices.

## A C T U S II. S C E N A VII.

Tetrametri. Hecastus, Panocnus, Nomodidas calus.

**Q**uem se homo dicebat esse, qui iubebat me sibi  
Aßistere? Pá. Insignem uirum magniç; regis num-  
cium.

Hc. Se nobilem, se diuitem, se purpuratum aut splendidum.  
Auro exhibebat nuncius? Pan. Non admodum ueruntas  
men

Ea est uiro in sermone, uultu, moribusq; authoritas,  
Maturitas, probitasq; ut (absit uerbulo indignatio)  
Te ruslicū, te barbarum censerem, et hominem sordidum.  
He. Nugare. Si pannosus est, si pauper, et ignobilis,  
Non regius legatus est, neq; huc bonis auibus uenit.  
Vbi reliquisti uirum? Pan. Cum uxore nostris pro edibus.  
En tibi hominem uide et experire, ipsus quis est, uel qua-  
tus est.

He. Pol tam grauem non credidi. reluctet ex facie uiri  
Reuerenda morum dignitas, et honore digna sanctitas.

Pa. Hæc dixeris, cùm hominem loquentem audiueris. He.  
Salus tibi

Sit quisquis es uenerande uir · men' queritas? No. tibi quo  
que salus,

Vitaq; funsto mors bona, & uitæ futuræ gloria.

Tun' ipius es, qui uulgo Hecastus diceris? H. Hecastus sum  
ego. (mus

No. Rex regum, & Imperator omnium per orbem maxi-

Me misit ad te nuncium, iussitq; te absq; mora suis

Affistere tribunalibus, deq; omnibus, quibus usus es

Vel abusus, & que sub polo per phas nephiasq; possides.

Sibi rationem reddere. Et ne existimes rem frigidam,

Ethanc meam legationem subdolam aut minus ratam,

En literas chirographumq;, quo suam ad præsentiam

Te tantam maiestas citat. He. Quid Cæsari mecum fuit

Commune, ut accepti datiq; subito iustum calculum

Suum ad tribunal exigat? Quid? num imperator me sibi

Seruum, colonum, debitorem, aut economon existimat?

Vt referam ei omnem calculum de singulis? An non licet

Mihi de meis et quod uolo, et quantū uolo, quando uolo, &

Quibus uolo, & quemadmodum uolo, meo pro arbitrio.

Impendere? No. Has lege litteras primum omnium, atque  
intellige.

Si postea quid hæsitas, tibi clarius præcepero.

He. Proh Iuppiter, cuiusmodi hæc scripture & hæc clemē  
ta sunt?

Nostræ profecto non habent formam stylum' ue curiæ.

**Quasi** hi characteres Dei digito exarati sint, ita (tass)  
Grandē mīhi timoris horrorem ingerunt. No. Quid mūsse  
Cito perlege, citiusq; responde, ut sciam quid sit mīhi  
Renunciandum Iudici. He. Tuam fidem est in literis  
Reuerenda quādam antiquitas, punctis figurisq; haud pa-  
rum à.

Nostra litura discrepans, ut neq; legere uerbum queam  
Miser, nec intelligere que exarata sunt. At sunt mīhi  
Duo filij, quorum alter humanis diu uersatus est  
In literis, morare, dum sensum mīhi horum ueruum  
Is explicet. N. Vocetur. He. heus uocato Philomathēa mēi  
Gnatum, ut statim compareat. post alterum curabis, ut  
Legatus hic dignissimē excipiatur, hospitesq; ceteri.  
Pa. Et filium tuum here uocabo, et alterum curabitur.  
Nunquid aliud me uis? He. nihil, nisi ut ipsius actutum ad-  
uulet.

Dicesq; quā primum illius me opera indigere. Pa. dixero.  
H. Me et cura, et anxietas, et horror artū simul obrui.  
Dolet latus, cor palpitat, quasi febribus concussa sint  
Carnis & ossa contremunt. super omnia hēc, legatus hic  
Me, & iussa regis maximi torquent pauore maximo.  
Et ad ipsa quid respondam ignoro omnium miserrimus.  
Heu me, uicissitudo quanta subito rerum est omnium.  
Sed ecce Philomates adest gnatus meus iuuenior. hic  
Mihi, spero, post has literas lectas feret solatium.

## ACTVS II. SCENA VIII.

Trinmetri. Philomathes, Hectlus.

Suēto

**S**ubito legentem Hippocraten puer meus  
Me deuocat. Quis hic? Pater quid tristis es?  
Salve pater. quid tristis es? quid & manum  
Lateri apprimis? He. me subitus inuisit dolor,  
Sub dextro hoc hypochondrio. Phi. Linguam exere. He.  
hem.

Ph. Cedò manum. He. hem manum. Ph. Pleuritis est,  
Morbus profecto negligendus est nemini,  
Nisi forte cui uitæ salus inuisa sit.  
Is nanq; præcipiti gradu adducit nccū,  
Nisi eam repulerit initio medicans manus.  
Fidito pater. lecto Galeno facile te  
Seruauero. Sola hac' ne causa subito me  
Modo deuocari iusseras? He. Non hac quidem  
Fili, sed alia, quæ premit peccatum meum  
Multo magis. Vidissin' hunc uirum grauem?  
Ph. Quin' uiderim? He. Magni imperatoris (ut ait,  
Et ut indicat maturitas) legatus est.  
Qui me suis uerbis grauibus & litteris  
Eius tribunali ocyus fisti iubet.  
Et omnium que nostra sunt rationem ibi  
Ut nacta sunt, uel distributa, reddere.  
Ph. Ne cesseris in ius uocandus est pater.  
An imperator omnibus nostris bonis  
Præscribet ultro calculum? He. Audi cætera.  
Venerande adhuc antiquitatis obtulit  
Diplomata, breuibus quidem illita ueribus,

Sed litteris tam insignibus, uti non manu  
Mortalis hominis, at Dei scripta putes,  
Tantum ingerunt horroris intuentibus.  
**Q**uas dum neq; intelligere queo, neq; legere,  
Te deuocauit ex edito museolo,  
Ut uerba, sensum, & ordinem cum expresseris,  
Sciām quid alto principi respondeam.  
**P**hi. Diplomata sua mihi uir ipsus displicet,  
Videatq; nostro in orbe doctos & sophos.  
**H**e. O utinam in hac gnatē patri commodes,  
Pro maximis tibi traditis impendijs.  
**P**hi. Et quicquid ad philosophiae artes attinet,  
Omnesq; leges tum prophani tum sacras,  
Omnemq; lingua haud barbaram noui probe.  
**Q**uid proposuerit, quod facile non soluero  
Sed in uiro est (dum attentius consydero )  
Non sacerularis dignitas (ut credidi)  
Fastus uer regius, sed horror ac stupor  
Cultus Dei & cœlestis amplitudinis.  
**H**e. Hoc dixeris, cum ipsum loquentem audiueris.

## A C T U S II . S C E N A IX.

Trimetri.

Nomodida scalus. Hecastus, Philomathes, Fuer.  
**H**ic est Hecaste, qui tibi regis mei  
Mādata legat & explicet? He. Is est. N. Cape, lege.  
Plus aequo in hoc loco moratus sum expedi.  
**H**e. Quid stipes hic elinguis est? qui non legis?

Pbil.

Phi. Horror pater me inuidit, anxietas quoq;  
Non mediocris. Nam elementa quanquam barbaræ,  
Miram Dei potentiam præ se ferunt.  
Humaniores litteras scio, barbaras  
Neq; legere neq; intelligere pater quo.  
He. Egóne miser, qui post tot auri impendia,  
Nil eruditiois in te nactus sim?  
An non in hoc te litteris mandaueram,  
Ut sicubi res postularet, tu meas.  
Causas uiris coram probis defenderes?  
Et ecce nunc in hoc meo discrimine  
Stas mutus absq; mente, uoce, & sensibus.  
Lege, uel abi in malam crucem ignauissime.  
No. Ne cede gnatum innoxium nam tu magis  
Taxandus es, qui tantum eidem litteras  
Tradi uolebas, que aut forent rebus tuis.  
Perutiles, aut ampliter gnati tui.  
Tum gloriæ, tum dignitati consulant,  
Dei optimi & propriæ salutis negligens.  
Porro ex Deo omne pendet hoc negocium.  
Totumq; diuinum est quod hic tractabitur.  
He. Quid audio? non dixeras exordio,  
Summi Imperatoris te adesse nuncium?  
No. Et esse dixi, & sum quidem τῷ θεῷ ἡγάπης  
Et imperatoris minister maximi.  
An non Deus rex regum & omnium ubilibet.  
Domin antium? Hic suo tribunali iubet.

Te assistere, ut simul exigaris omnium  
Quæ gesseris rationem & arctum calculum.  
De idololatria, infidelitate, deq; falso  
Iure iurando, dolo, periurio,  
Fastu, gula, luxu, libidine, accedia,  
Furto, philargyria, rapina, cædibus,  
Liure, bile, & id genus facinoribus,  
Quibus Deum patrem optimum & ter maximum  
Negare minime ueritus es, sed omnibus  
Tum animi tui tum corporis pulcherrimis  
His dotibus, cum argento & auro plurimo  
Abusus es. Quorum omnium te homo Deus,  
Non principem aut dominum, sed œconomum sibi  
Constituerat, quo ea non tue libidini,  
Sed commodis & gloriae domini tui  
Expenderes, nunc petitur æquis calculus.  
He. Tot atq; tantis me procellis obruis,  
Ut mente disperationi proximus  
Deficere me putem. Sed ista, qua mihi  
Minaris, actuum omnium discussio,  
Post longa creditur futura tempora.  
Quis interim interdixerit fruisci ijs,  
Que uel labore parta sunt, uel annuens  
Mihi uel patri Fortuna large tradidit?  
No. Homo bulla manus exigis quis ueterit?  
Diuina uirtus celeriter te illiserit,  
Te extruscerit, te eraserit, te extinxerit.

Diuina

Diuina enim animaduersio, & si pluribus  
Sit differenda serius, tibi imminet,  
Et occupabit negligentem ocyssimè.

Quapropter expende ocyus quid his super  
Respondeas. He. Vehementer urges, nec tamen  
Tempus locum ue examinis certò ordinat.

No. Nunc imminere diximus tempus, locumq;  
Diximus dudum, atq; adhuc recalcitas.

He. At qua uia gradieundum erit? No. Te rapuerint  
Hinc ultro qui accusauerint Dei angelii,  
Tum dæmonis, tum propria conscientia.  
Et ipse te tunc, ut modo, accusauero.

He. Cui iudici? No. inflexibili & horribili Deo.  
Cuius tremunt uultum inferi, superi quoq;.

He. Non aduocato causa, & epitropis potest  
Committier? No. Coram ipse oportet adfies.

He. Nullæ ne igitur inducia? No. nullæ. He. Hci mihi.  
Profin' ne opes? No. minimè. He. precēsne? No. ncutiquā.

He. Heu heu miser, quid natus sum? quot undiq;  
Me subito circundant mala? No. Hæc ante omnia &  
Te præuidere, & te cauere, cum diem  
Tibi ocio terere liberet, oportuit.

Nunc ergo dic quid iudici renuncies.

Neq; enim licet posthac morari quippiam.

He. Angustiae graues mihi sunt undiq;.

Ignoro quidnam fecero. quandoquidem  
Durum aggredi, & periculose remuere,

Cum

Cum nullus igitur sit, legere qui possit,  
Hoc ipse lege diploma, quō certo sciam  
Quid me citanti iudici respondeam.  
No. Onus hoc subire tuo haud grauabor nomine.

בְּבָתֵּח הַקְּלִפָּה, id est, numeravit hos

Vitæ tue dies Deus uerissimus.

Et ponderauit minus habentes maximus.

Divisit itaq; te ē solo iustissimus.

En prior. Et altera hæc quam clarius

Intelligas sententia est, עֲרָבִי בָּדָר

בֶּן־בָּתָה אַחֲרֵי רֹלְאַה הַרְחָה:

Domui tue dispone, quia morieris וְ

Non uixeris. Hic est tonantis nuncius.

He. Ergo moriar? No. Certius quidem nihil.

He. Qui moriar, annum uix agens tricesimum?

No. Morigere nec posshac habebis crastinum.

He. Egó moriar, opibus qui abundo plurimis?

Cui sunt amici, proximi, uxor, liberis?

No. Vide quid hi te iuuuerint moriendum erit.

Quid nunc remandas iudici? dic sine mora.

He. Heu me uelim, nolim, omnium miserrimus

Petam supremum Iudicem. Ne sequere illico.

Tu quoq; puer cape sarcinam. migremus. Pu. hem.

## ACTVS II. SCENA X

Trimetri. Hecastus solus.

O Mors quam amara est mentio tui uiro  
Sano, cui tranquilla rerum est omnia

Posseſſio, libetq; adhuc capere cibum.  
O anima mea ſolis relict o lumine,  
Vxore blanda, liberis charis, bonis  
Amplis, amicis integris, & hoc  
Tuo ſuavi corpore, rapiere nunc  
Per atram & ignotam uiam necis horridæ, ad  
Summi tribunal iudicis, cui ne quidem  
Vnum ad decem milia referre potueris.  
Vbi nec opibus, quia diues eſt nec gratia,  
Quia iustus eſt, ſed nec dolo, quia sapiens.  
Nec pragmatiſ, iudex quod ipſe & teſtiſ eſt,  
Agendum erit. Quid obſecro tandem ſpeſi  
Nobis duobus unicis, niſi quod faluſ  
Speranda nulla eſt perditis? O ſi modo  
Ex omnibus uel unum amicuſ offendereſ,  
Qui ſe meis comitem exhiberet paſſibus,  
Qui uſq; ad tribunal iudicis cauſam meam  
Pro uiribus defenderet, uir is quidem  
Non mediocre afferret mihi ſolatiuſ.  
Taliſ mihi intuſ aut foris prenſanduſ eſt.

C H O R V S. Dimetri.

Ex Ecclesiastico, Psalmis, & Apocalypſi,

O Mors quam amara eſt memoria  
Tui, uiro fano, cui  
Tranquilla rerum eſt copia,  
Libetq; adhuc epularier.  
O ſeuia mors, o dira ſors

Homini

**H**omini scelesto & impio,  
Cui soluto à corpore  
Mors imminebit pessima.

Mors quanquam acerba corporis,  
Tamen ipsa momentanea est.  
At spiritus mors perpes est,  
Adeoq; multo acerbior.

Mors prior amicum separat  
Ab amiculis mortalibus,  
Secundo mors hominem à Deo  
Vivente in eum disgregat.

Quia quandiu Deus deus,  
Tam diu erit impius impius,  
Tantis per hic in tartaro,  
Quantis per ille in gloria.

### ACTVS III. SCENA I.

Trimetri. Hecastus solus.

**Q**uam is est beatus qui ita probè uitam suam  
Instituit, ut morte ingruente neutiquam  
Timeat, sed audeat ultro adire iudicem,  
Id ex mea infelicitate maxima, heu  
Sero nimis consydero. Nam cor meum  
Tot opprimunt curæ, ut quid expediat mihi  
Primum omnium tentare, prorsus nesciam.  
Vitam meam dum prislinam consydero,  
Plus terret orco dira conscientia.  
Si in posterum emendationem spondeam,

**Mors**

Morbus premit, mors imminet, Deus quoq;  
Iratus instat arbiter, cuius quidem  
Solus tribunal mox adire exhorreo.  
Et nescio si ex omnibus sit quispiam  
Amiculis, qui me uelit comitarier.  
Tentare tamen id est necesse maxime,  
Quod solus hunc non ausim adire iudicent.  
Se primus ingerit cum amicis Dæmones,  
Is primiter mihi modò conueniendus est.

## A C T V S III. S C E N A II.

Trimetri. Dæmones cum duobus amicis. Hecastus.

**F**amus, & uideamus, ut Hecastus uetus  
Valeat amicus. Am. eamus. Am. ecum is obuiust'.  
Dæ. Ut est Hecaste? Non adhuc sapiunt tibi  
Vina uetera? ecquid tristis es? qui se se habet  
Lateris dolor? He, Quid uina amice Dæmones  
Mihi suggestis? dolor ingrauescit plurimum.  
Verum aliud est, quod urget uehementius,  
In quo tuum atq; cæterorum plurium  
Consilium & auxilium inuoco. Dæ. Sis bono animo,  
Nihil est enim quod uiribus, quod opibus &  
Prudentia, tibi non queamus beneuoli  
Impendere. Heus, propone causam, nos irum erit  
Succurrere. He, Imperator & rex maximus  
Suo tribunal iubet me assistere,  
Et de omnibus factis, logis, rebus quoq;

C Mihi

Mihi creditis rationem ad unguem reddere.  
At solus apparere summo iudici  
Quandoquidem non audeam, uos deprecor  
Pro nostra amica et ueteri consuetudine,  
Uel simul cuncti, uel quislibet  
Mecum profectus ad tribunal iudicis,  
Pro me aduocatus uel patronus adfiet.  
Dem. Cōfide nam pro uiribus te quisq; ibi  
Iuuabimus, sed quando proficisciendum erit?  
Uel quō modo uel quō uel ad quem iudicem⁹  
Hc. Heu me, sine remora, uel ante uesperem,  
Sub horrido uitæ et necis discrimine,  
In regionem tenebricosam et iniuiam  
Migrandum erit, fistendum et alto iudici.  
De. Prægrandis est Hecaste res quam prædicas.  
Nostris quoq; impar uiribus. Si in proximo  
Vico, uel urbe proxima, absq; periculo,  
Coramq; noto iudice, hæc quam nos rogas  
Res foret agenda, relinquerem te neutiquam,  
Sed iam mihi id (quid hi queant nescio) tibi  
Præstare non est integrum. Am. mihi quoq;  
Non modo uacat, quod et alijs condixerim.  
Ami. Nec mihi per occupationes plurimas.  
He. Hæc est amicitiae fides: hæc gratia:  
Sic destituitis in miseria, quem quidem  
Tantum celebrabatis olim in glorias

D.e.

De. Sic mandat hoc Fortuna nobis tempore.

Verum probet tibi atque amicet consulam:

En Syngenes, reliquique; sanguine proximi,

Vltrò tibi fese ingerunt causam explicat.

Nihil est quod ij tibi negauerint. Vale.

He. Ut hoc amici frigidum solatium.

### ACTVS III. SCE. III. Trimetri

Syngenes cum duobus cognatis. Hecastus.

**Q**uid turbæ in ædibus tuis Hecaste mi?

Quid uxor atque liberi illachrymant domi?

Quoniam repente regio iussu foras

Citatus es? He. Proh proh dolor, cognate mi, ad

Summi tribunal iudicis uocatus, &

Parere iussus sum nec est qui iudicem

Mecum profectus mitiget, causam meam

Defendat, aut mihi consulat, si non modo

Sit quippiam à uobis mihi solati.

Syn. Cognate, non te deseremus, fidito.

Cog. Non deseram te. Cog. Hecaste, non te deseram.

Sed quoniam eundum, & quando, nobis dicito.

Hc. Statim in horridum mortis ferar periculum, &

Sistar seucro iudicii cui ne quidem

Vnum queam pro mille abortus reddere.

Syn. Vices tuas (ita me iuuent propri Ioues)

Doleo, sed haec mihi causa apparet acerbior,

Quam possiet per nos tibi tractarier,

Ut nulla nos mortis pericula terreat.  
Quapropter oro æquanimiter nos audiatis,  
Tuae saluti consulere quia cupimus.  
Tibi sunt opes amplissimæ, tibi famuli  
Fidissimi, tibi liberiq; acerrimi.  
Auri tui argentiq; uim cape maximam,  
Assumptisq; famulis atq; liberis tuis,  
Securus aggredere seuervum iudicem.  
Si quid tui nati haud queant defendere,  
Tua (cui omnia obediunt) pecunia  
Facillime redemeris. Nos coniugem  
Tuam atq; rem domesticam, ut tibi proximi,  
Tuebimur. Cog. tuebimur. Cog. tuebimur.  
Syn. Nihilominus ubi te paratum scierimus,  
Adusq; portam prosequemur ampliter.  
Co. Te prosequemur. Co. prosequemur insimul  
Te summo honore & ampliter. He. Me miserum, ut est  
Vana & caduca sanguinis fiducia.  
Sic adiuuatis proximum. Syn. Cognate (si  
Vis) hoc boni consule quod offerimus. Vale. He. heu  
Parcere meis quidem uolebam liberis.  
Sed ab omnibus desertus, hos cogar quoq;  
Mihi obsequentes atq; comites reddere.  
Eccos meum ob malum madentes lachrymis.

### ACTVS III. SCENA III.

Trimetri. Philocrates, Philomathes, Hecastus.

Td.

**T**Ametsi uterq; modo ex ephoebis cessimus,  
Non quoque tamen, cum exaudiam patrem anxium,  
Quin lachrymer. Ph. Quamuis & ipse sine patre  
A modo potissimum uiuere, tamen me quoq;  
Affe<sup>t</sup>us idem permouens lachrymas ciet.  
He. Adeste filij mei charissimi.  
Adeste patri dubio in hoc negocio.  
Ph. Si quid pater possumus auxiliij tibi aut  
Consilij uterq; impendere, haud nos credito  
Tibi defuturos. Quicquid armis bellicis,  
Virtute corporis, uel animo strenuo  
Possum pater, non tibi grauabor exhibere.  
Ph. Ad me quod attinet pater, quicquid scio  
Vel in sacris uel in prophanis legibus,  
Vel in arte differendi utraq; uel integra  
Philosophia, tibi iure totum uendica.  
Ut interim sileam, quod & totum tibi  
Me debeam. Id natura suadet, præcipit  
Lex, atq; ratio postulat. He. Bene dicitis  
Gnati mei, & me subleuatis paululum.  
Quando à propinquis igitur atq; amiculis  
Omnibus ad unum deferor, tum iudicis  
Mecme exigit censura incutibilis,  
Nec solus audeam, mihi male conscius,  
Petere pauendum iudicem, uos obsecro,  
Quibus imperare affueram, ut confidere iter

Mecum uelitis, atq; adire iudicem.  
Phi. Quis iste iudex est pater quem nuncupas?  
He. Cœli imperator atq; terre maximus.  
Ph. Horrendus hic quis audeat eum accedere.  
Nihilominus quā quo'ne cundem ad principem?  
He. Per mortem horrendam & iniuriam regionem, ubi  
Pro singulis dictis meis & astibus  
A modo recipiam præmia. Ph. Apagesis pater,  
Moriturus es? He. moriar, Phi. hodie? He. hoc fili die.  
Phil. Qui scis pater?. He. Legatus æterni Dei  
Indixit hoc mortem mihi diplomate.  
Ph. Quin mi pater dilationes postulass?  
Quin superiorem iudicem appellaueras?  
He. Nullam finit dilationem equissimus,  
Nullam quoq; appellationem maximus.  
Quapropter oro & obsecro gnati mei, ut  
Vestro parenti adfatis in discrimine,  
Causamq; nostram uestra ope & patrocino  
Reddat ex ægerrima meliusculam.  
Ph. Si cum hostibus pater tuis armis iubes  
Aut viribus configere, in Philocrate  
Nullus timor, formido nulla per Herculem.  
Bellum detrectatio sed horrida  
Tecum subire mortis in discrimina,  
Quod animus & natura abhorret, abnego.  
Si quid tamen frater meus tibi Philomathes

Facere

Facere amplius sciat, uel possit,  
Per me licet. Ph. Prompta est uoluntas mi pater  
Tibi commodare plurimum scientia &  
Industria, ueruntamen pericula  
Mortis subire non queo, nec debo.  
Hoc maxime, quod nesciam si te queam  
Iuuare coram iudice, aut defendere.  
Iccirco consilio meo fretus pater,  
Adhibe tibi mancipia & aeris plurimum,  
Quibus imperes liberrime, ut si quispiam  
Tibi inferat uiolentiam, famuli adfient,  
Causamq; reddat (nisi queas defendere)  
Mittem uel excusabilem pecunia,  
Qua nil solet mage flectere animos iudicium.  
Ph. Iuxta meam sententiam locutus est  
Frater. Decet magis obijci periculo  
Tua mancipia, quam liberos, ne his perditis  
Nullus sit qui hereditatem diuidat.  
He. Sic filij, sic deseritis & fallitis  
Ulro patrem uobis benignum & obuium?  
Qui uos genuit, & enutriuit, & extulit,  
Sic spernitis? Philoc. Non spernimus. Philom. Non sperni-  
mus,  
Sed improbum iussum probè abnuimus. Vale. He. Heu,  
Quid iam spei mihi reliquum? si filij  
Linquant patrem, quid reliqua tandem familia?

Tentabo si quid imperando extorqueam.  
Ocyus adeste singuli uernaculi,  
Egredimini.-

### ACTVS III. SCENA V. Trimetri.

Philoponus, Hecastus, Panocnus.

**T**-V nos uocaueras here?  
He. Vocaueram non uos modo, sed etiam alios  
Famulos meos. Ph. Quid exequi nos præcipis?  
He. Producite huc Plutum meum, meas opes,  
Et quicquid est preciosum in edibus, foras.  
Pan. Producimus. He. sine remora. Ph. Absq; ulla mora.  
He. possem inuocare coniugem cum ancillulis,  
Blandasq; amiculas meas, quarum haud secus  
Ac coniugis suaui consuetudine  
Hucusq; fruitus sum, satis genio meo &  
Veneri obsequens, & que me amabant plurimum.  
Vereor tamen, ne forte sit frustraneum.  
Quid audeant hic mulieres pauidissime,  
Vbi trepidat & fortissimus? Si liberi  
Non audiunt, quid audiat me uxor procax?  
Quis intus est garritus? ecquis exiet?  
Ipsa uxor est, habetq; quod fert ægrius.

### ACTVS III. SCENA VI.

Trimetri. Epicuria, Hecastus, Ancillæ duæ.

**Q**uid est marite quod foras Plutum iubes  
Ex abditis domus locis producier?

An

An morbus ad dementiam te corripit?

He. Sime me uxor hoc die opibus hisce perfrui,

Qui crastino fortasse, et his, et gloria, et

Vita carebo, et omnibus mortis quoq;

Tremebundus ad regionem iturus horridam.

Ep. Papæ marite, quid hoc occipis loqui?

Tu, mēne, utroq; filio, famulitio,

Et omnibus bonis relictis profugies?

An non putem dementis hanc sententiam?

He. Tace mulier, ut audias, quod neutiquam

Insaniam. Vidistin' hunc paulò prius

Virum honore dignum, et moribus grauissimum?

Ep. Vidi isq; me mirum in modum perterrituit,

Mortem subinde et acre iudicium Dei

Aequissimi mihi memorans. He. Hic iam rato

Magni Dei cherographo atq; diplomate,

Mortem mihi indicit, et ad horridum statim

Citat tribunal iudicis cui ne quidem

Vnum queo pro milibus reddere. Itaq;

Coniux mea oro et obsecro, et si non queras

Causam meam descendere, ut commortua

Mecum profecta sis mihi solatio.

Ep. Eheu marite Hecaste, mors tibi imminet?

He. Mors. Ep. Nulla prorsus tibi datur dilatio?

He. Nulla. Ep. Ergo mortem obibis hoc dic? He. hoc dic.

Pauloq; post ipsam uidebis me aggredi.

C. §. Ep.

Ep. Me miseram, ut est amara mors. solum necis.  
Me territat uocabulum. Tibi consule  
Mi uir, profecto non tibi ausim congregri.  
Aurum cape atq; argentum, & omne famulitium.  
Mors territat me deprecor mortem. He. Vel has  
Quæso puellas linque mihi solatio.  
Anc. Ne rogo finas nos domina morti tradier.  
Anc. Ne morte nos domina finas occubere.  
Ep. Serui tui tibi sint uir obsecro comites,  
Sine mihi meas seruarier pedissequas.  
Hec. Ut usq; miser? Huc mancipia Plutum adferat  
Ep. Mox efferent. Confidito, uim maximam  
Pecuniae panumq; pauperibus tue  
Pro animæ salute impartiar. mi uir Vale.  
He. O languidum solatum, si quid mihi  
Male mortuo disperitas.-

## ACTVS III. SCENA VII. Trimec.

Philoponus, Panochus, Plutus, Hecastus.

**M**-Anum admoue, (modum est.  
vt stas piger? Pan. Quod crassus & grauis ad?  
Plu. Quid inquietor? quo seror? Ph. Te herus uocat.  
Hic Plutus est here. He. sislite, ut paucis loquar.  
Heus Plute, dormis? Plu. Ita ne tractus dormiam?  
Compacta pridem membra mea tot tractibus  
Disiecta sunt, lassata sunt, soluta sunt,  
vt uix sibi usquam ex integro cohærent.

He.

He. Mecum profectus hoc dic causam meam  
Iuvex oportet apud pauendum iudicem.

Plu. Qui cæcus & crassus queam proficiere  
Res quaslibet tibi domi expediuero.

He. In alteram regionem oportet exas.

Exi stupide. Plu. Non exeo, & si distrahas.

He. O Plute, mors mihi imminet, serui mei,  
Si no uelis ultro, uel inuitum quidem

Te transferent. Plu. Non transferent. prius quidem  
Artus & ilia ruperint, quam transferant.

In morte nemini opitulor usquam gentium.

Quin magis ad alienum dominium transco.

He. Tentabo num te mihi rebellem cogere

Possim, & foras producere. Introducite,

Vectesq; ualidos comparete occissime,

Quis contumax hinc transferatur longius.

Ego iam sequar. Ph. Paremus. Heu, miserum uirum,

Vt omne longe abest mihi solatium.

Nunc ingrauescit corporis & animi dolor,

Nunc instat hora nouissima, & nolim, uelut,

Properandum erit, solusq; iter uastissimum

Heu derelictus ab omnibus, confecero;

Solumq; terribili me oportet iudici

Affistere, atq; iberationem reddere,

Nisi fors queam Plutum foras producere.

Nunc ingrediar ædes meas, ut singulis.

Rite

Rite ordinatis, & habitu mutato, huic  
Accingar itineri omnium tristissimo.

**CHORVS.** Trochaici dimetri.

**D**Efluentis instar undæ  
Vniuersi cum dolore  
Procreati & educati  
Morte ad ima labimur.

Ergo quid uires opes' ue,  
Quid uoluptas, quid' ue honores,  
Proderunt post fata, quando his  
Omnibus priuabimur?

Delicatus tum putrefecet,  
Fatuosus proteretur,  
Disq; nudus obruetur  
Puluere, esca uermibus.

Corrigamus ergo nostram  
Moribus uitam probatis,  
Ne (quod absit) temporalem  
Mors perennis aggrauet,

**ACTVS III. SCENA I.** Trimetri.

Hecasius, Serui duo, Familia, Proximi, Amici.

**V**T iusseram, lento gradu præcedite,  
Meumq; Plutum ferte cauti & commode,  
Ne offensus ex incommodo mihi obstrepat.  
Cum dixero uale ultimum & domesticis,  
Et proximis, & amiculis, mox subsequar.

Ser.

Ser. Profici scimus. sed quem itineris ducem habebimus?  
He. Dux neutquam defecerit. procedite.  
Iam uxor uale. Longum ualete liberi,  
Valete uisera mea. Iam nos separat  
Amara mors. Ep. Coniux uale dulcissime.  
Iam more turturis relicta compari,  
Vidua se debo in ædibus. Fil. Vale pater  
Piissime. an sic nos relinques orphanos?  
Sic separat nos dira mors? Vale pater.  
He. Valete proximi. ualete amiculi.  
Prox. Nos itanc Hecaste deseret? longum uale.  
He. Desertus ita uos deserò. Prox. Comitabimur  
Te ad usq; portam. He. Onerosum id est solarium.  
Ami. Concedimus. Hc. Sed deseretis denuò.  
Hui, quis tumultus, quæ'ue turba perstrepens  
Sonat eminus? Iam ingens pauor mentem meam,  
Et horror artus occupat. —

### ACTVS III. SCENA II.

Trimetri. Serui duo, Hecastus, Amici, Proximi, Mors,

**M**ors mors adest  
Ma tergo Hecaste. He. Atat. Ami. Quid est quod  
loquimini?  
Ami. Num mortem adesse dicitis? Ser. Mors ipsa adest,  
Horrenda imago, larua abominabilis,  
Figura tam execranda, ut atrum dæmonia  
Putetis obuium. Prox. An fuga est consultior?

Ser.

Ser. Si sapitis. Ami. En. Prox. Pape. Ser. Fuge here, nam  
te petit.

He. Quò fugero? & si fugero, haud effugero. Heu,  
Perij miser. Mor. Scelerate sta, sta perfide.

Quid hactenus summi tribunal iudicis  
Accedere es moratus? He. Inducias mihi  
Concede formidanda Mors. Mors. Nihil moror.

He. Obsecro uel usq; in crastinum. Mors. haud in crastinū.  
He. Vel ad horulam. Mors. Vix annuo. post horulam  
Reuertar huc, & te uel inuitum traham.

Examinandum ad iudicem te pertraham,  
Et ad inferos obnoxium te detraham.

He. Proh Iuppiter, iam cor meum tanto est mihi  
Horrore mortis anxium, tantus quoq;  
Viscera mea æstus concoquit, ut, eheu dolor,  
Nec mente nec corpore queam subsistere.  
Et præter hæc feedissimorum criminum  
Metteret affligitq; conscientia.

Iudex superne iratus horrendum intonat,  
Inferni & ater mihi dehiscit tartarus,  
Vallant quoq; undiq; me cruenti spiritus,  
Neq; ullus est ex omnibus charis meis,  
Qui uerbulum solatij mihi suggestat.  
Quid restat itaq; mihi miserrimo, nisi  
Vitæ & salutis una desperatio?  
Attendite et uidete quæso singuli,

Qui

Qui præteritis, num dolor quisquid meæ  
Sit calamitati comparandus maximæ.  
O uetus amica nobilis Virtus mea,  
Quam te gradu lento obuiam video eminus.  
Nisi tu adiuves, nihil salutis residuum est  
Miserrimo. Heu defectus ægritudine &  
Horrore Mortis imminentis concido.

## ACTVS IIII. SCENA III.

Trimetri. Virtus, Hecastus,

**H**ic est amicus pristinus; hic Hecastus est,  
Qui me (priusquam deliciae, opes, stemmata,  
Mores bonos mutauerant) & coluit &  
Veneratus est. Accedam eum, quanquam male  
De me merentem, pristinæ memor uiri  
Erga me amicitiae atq; consuetudinis.  
Hecaste saluus es. He. Salute nil mihi est,  
Virtus mea, magis opus sub hoc discrimine.  
Verum leuare ad te quidem lumina mea  
Pudor uetat, & ingratitudo non finit.  
Vir. Quod ingruit discriminus & quibus indiges?  
He. Iam me rapiet amara Mors. neq; ullus est  
Ex omnibus notis meis, qui me suo  
Consilio & auxilio iuuet. & utinam mihi hoc  
Tu una, licet indignissimo, ad sis tempore,  
Ferasq; suppetias, deinde iudicem  
Causæ meæ mecum profecta mitiges.

vir.

**Vir.** Quanta uides Hecaste macritudine  
Confecta sim, oblitaque situ, quod tu hactenus,  
Alijque, cultum iure nobis debitum  
Neglexeritis. Et qui potero sic sordida et  
Languidula ducere ad supernum iudicem,  
Causamque (ut ipse fatere) pessimam tibi  
Defendere? He. O virtus mea, fateor quidem  
Tuis beneficijs quod indignissima  
Tunc reddidi, cum etas uigebat lubrica,  
Florebant et Fortunula. At si tu modo  
Me deseras, actum est salute de mea.  
Iam n. inq; desperatione perditum, ut  
Orci cibum me excipiet hiscens tartarus.  
**Vir.** Vrgent me Hecaste preces tue, mouentiique me  
Lachrymæ tue, sed neutquam ualeam tibi  
Prodesse sola, tametsi et incolumis siem.  
Nae iustus arbiter secus tibi placandus est,  
Quam existimas nec sola tibi suffeceris.  
Nihilominus te (ad me quidem quod attinet)  
Non derelinquam, nec tibi absutura sum.  
Iubebis interim te ab his uernaculis  
Reponi in edibus, atque sacrificum tibi  
Virum pium doctum mox accersier,  
Qui unum tibi authorem salutis prædicet,  
Viamque per quam iturus es plane indicet.  
Ego interim Fidei loquar sororculæ.

Tentatio

Tentauerōq; num ualeat inducier  
Te inuisere id quod si annuerit, ipsamq; tu  
Receperis, tua salutis spem fore  
Confidito. He. O Virtus mea & meum unicum  
Solatium, ferme reduxti ab inferis  
Vitam meam. Letus moriar, ubi id egeris.  
Vir. Fidito. uale. post paululum reuertere.  
He. Reuertere. O quanto est in hac quam in ceteris  
Plus gratiae, maiorq; fidei integritas.  
Quam cæcus infelixq; (dum fælicia  
Cuncta reputabam) aspicere deditatus sum,  
En ultrò uenit, & ab omnibus dum deseror  
Mortalibus, spem presidiaq; suggestit.  
Iam ne aliquis egreditur ex famulis meis,  
Qui me ferat sub testa, quiq; calicem aquæ  
Suffrigide mihi porriga: Me miserum, ut est  
Mutata fors qui magna dudum iusseram,  
Iam minima cogor postulare nec impetro,  
Si qua pietatis uiscera famuli mei  
Succurrite, atq; in ædibus reponite.

### ACTVS III. SCENA III.

Trimetri. Philoponus, Panocnus, Hecastus.

**V**ocem tuam gementis audiuimus here  
Mœsti, tuamq; calamitatem non sine  
Dolore lachrymisq; conspicimus. He. Quid est  
Pueri mei, quod me relicto perfidi

D

Fugia

Fugistis? hoccine est opus famulanum?  
Hoccine proborum? hoccine & hero fidelium?  
Ph. Tanto suimus horrore mortis territi,  
Ut non modo defecerit animus anxius,  
Sed & genua, membra quoq; cuncta labascerent.  
Ignoſce quæ ſumus, atq; præcipe quid uoles  
Curarier. Nam mortis extra angustias,  
Nil iuſſeris, quod difficile cauſabimur.  
He. Facile remitto. Cæterum fatagite, quô  
Primum omnium domo inferar, dein hauiſtu aque  
Amplissimo pectus meum refrigerem,  
Quod tantus æſtus, tanta quoq; ſitis coquit,  
Ut ne quidem Hebrus ipſa queat extingueſcere.  
Post indicate liberis, qui ſeſe habet  
Res noſtra, ut ad me uterq; ſeſe recipiat.  
Ut ſi quidem morbo meo minus queant  
Mederier, doctum uirum quam ocyſime,  
Piumq; paſtorem aduocent, ſi quo modo  
Anima mea uerbo queat mederier.  
Ph. Fiet. Tu abi quæſitum heriles filios,  
Ego ſolus ædibus ſuis herum ingeram.  
Pan. Non commode ſolus queas te iuuero. Ex  
Penetr alibus curabo ad eſſe liberos.  
Qui morte dudum territi, cum amiculis  
Cauſa animi in horto obambulant.  
Ph. Reſte. Leua igitur commode, ne uiſcera

Quaffas

Quassata motu non ferant. He. Ite placide.

CHORVS. Carmine Trochaico.

Morte iustus si occupetur,  
Neutquam tristabitur.

Mente sed feret ipsam alacri,  
Quod refrigerabitur.

Nam beati scriptitantur,  
In Deo qui obdormiunt.  
Hinc quod omnibus quiescanc  
A suis laboribus.

Mors profecto ea preciosa  
In Dei conspectu erit,  
Quam beato sine sancti  
Sponte alacres oppetunt.

Ergo mortem non atrocem  
Nec paudam iudico.  
Quod beatæ porta uitæ  
Sit pie uiuentibus.

## ACTVS V. SCENA I. Trimetri.

Philocrates, Panocnus, Philomates.

PAnocne ades, si fors tua indigerimus

Opera, ne inertia tua, tuaq; accidia  
Plus noceat intus, quam foris negocium.

Pan. In me quidem herc mora nulla. dum uis utere.

Phil. Actum Philocrate de patris salute, uti

Plane recenti ex lotio preiudico.

Nam c.erulea si tendit ad nigredinem  
Vrina, mortem proximam denunciat.  
Serò me am medentis admisit manum.  
Ph. Si sic se habet res, mox hic ablegandus est.  
Heus tu. Pan. Quid est? Ph. In uicum abite proximum.  
Pan. Abibo. Phi. Et inde sacrificum huc Hieronymum  
Quām potueris celerrimē deducito,  
Sacra synaxi qui patrem, sed & olco (ut  
Decet) sacrato muniat. Pan. Deducam. Phil. Abi.  
Vide moram ne feceris mortem patri  
In foribus esse dixeris. Pan. Sic dixero.  
Phil. Heus tu. Pan. quid est? Phil. Arcamq; mortuariam  
Sume opera eadē ab arculario. Pan. licet.  
Phil. Præter suum morem citus proficiscitur,  
Ut ratiō temporis exigit nam mors patri  
Certō imminet. Verūm mihi nondum excidit.  
Paulo quod ante dixeras mi Philocrates  
De hæreditarijs bonis, contrāq; phas,  
Contraq; leges ciuicas. Non te finam  
Bonis frui potioribus, nisi iure me  
Superaueris. Phi. Ego' tuis prærancidis  
Sive abrogatis attinebor legibus?  
Clypcum, machēram, & lanceam mihi uendico  
Pro legibus. Quod militarem ad balthicum ex  
More attinet, gladij tuebor legibus.  
Phil. si uiribus, non iure agas, tu uiceris.

Verum

Verum suos & iura habebunt praefides.  
Secus loquèris, cùm tibi dicim dixero,  
Coramq; iudice repetundarum egero.  
Phil. Abi in malam rem posthumam mecum putas  
Hæreditarias quod & quò patris  
Possessiones diuidass? qui me iunior  
Es natu, & ordine uilior? Per Herculem  
Te hoc ense malim confodere, quam cedere.  
Phil. Nec ego tibi latum (quod aiunt) culmulum  
Cessurus sum: nec ensibus me territas.  
At modò silendum honore pro domestico.  
Præstò est enim quem patri adesse uoluimus,  
Probus uir & Dei sacerdos maximi,  
Præcedat hic Phil. Salve: sequamur intrò, ne (ut  
Fieri solet) pauperibus elargirier  
Et exteris, plus quam sat est, persuadeat.  
Phil. Id cautum oportet maxime. Nouimus enim  
Quam tum sibi, tum ceteris quibus fauent,  
Legata larga extorqueat hominum genus,  
Dum morte dicim terminandum uiderint.  
Eamus: alie en appropinquant (nescio  
Quæ) fœmine, recta petentes hunc locum.  
Vultusq; honestas dignitatem nunciat.

## A C T V S V . S C E N A II.

V Trimetri. Virtus, Fides.  
Ir ipse de quo dixeram soror mea

(Quod poscat id tua charitas nunc dicier)  
Probis quidem natalibus progenitus est,  
Probè educatus, rectè & institutus est,  
Mecumq; castam habere consuetudinem,  
Probitatem amare, uitiaq; execrari.  
Verùm puer ubi lubricam adolescentiæ  
Actatem attigit, sensim incipit labascere,  
Admittere uitia, & mei obliuiscier.  
Quid immoror multis, tibiq; molesta sum?  
Is tandem in omne flagitium præceps ruit.  
Hunc destitutum viribus, sed & omnium  
Mortalium solatio, miserrata sum,  
Memor fauoris pristini. atq; animum indidit  
Et spem salutis maxime, si te queam ad  
Clementiam (que solita seruare impium)  
Infligere. Ergo Fides soror charissima  
Per uiscera misericordiæ Dei obsecro,  
Ut huic misello apud supernum iudicem  
Opem feras. cuius merita uel nulla sunt,  
Vel minima sunt, quò honor Dei cum gloria  
Multiplicetur ampliter, sed & ouicula,  
Pro qua suum pastor profudit sanguinem,  
Per te ad salutis tramitem reducta, non  
Pereat, sed habeat uitam in æcum & gloriam.  
Si quid mea imbecillitas in rem tuam  
Facere queat, promptam & paratam inuencri.

Fid.

Fid. Queas foror quod absq; te ociosa sit  
Opera mea, ne dicam subinde mortua.  
Verum quid huic prodeesse possim perfido,  
Qui me quoq; olim ut inutilem reiecit, &  
In luxu, honoribus, opibusq; fisis est?  
Nec possum ei fore adminiculo, nisi Deus  
Paterq; luminum suam per gratiam  
Me denuò iam supplici restituerit.  
Ad Christum enim nemo uenit, nisi quem pater  
Cœlestis ultrò traxerit. Sit quispam  
Qui Euangelium ei prædicet, uidelicet  
Per Christum Iesum missionem criminum,  
Fortasse clementissimus pater homini  
Me denuò donauerit. Quoniam quidem  
Fides ab auditu, sed auditus dei  
Per uerbum in animum funditur. Vir. Sic censeo.  
Et sic agendum hortata sum. quin & modo  
Istuc sacerdos doctor agit in ædibus.  
Veni igitur, ingrediamur intrò te obsecro  
Soror, antequam nos anteuortat aut Sathan  
Antiquus hostis, Mors' ue præsentissima.  
Ut si tui sit usus, adsis proxima.  
Fi. Pium est foror quod me rogas. præ i. sequar  
Nam teter hic se se ingerit modò spiritus.

## ACTVS V. SCENA III.

Trimetri.      Sathan solus.

**C**ausam meam scripturus ab solutius  
Aduersum Hecastum, hic paululum desidero:  
Ne si quid insit falsitatis maximis  
Facinoribus, res tota ueniat in grauem  
Fœdamq; controversiam. Absinete uos  
Quotquot theatro adestis à petulantia,  
Nisi si uelitis & hos cachinnos scribier.  
Primum omnium superbus est & arrogans,  
Superbus est & arrogans, & arrogans,  
Tum in ædibus, tum in ædibus, tum in uestibus,  
Tum in uestibus. Iam reliqua tacitus scripsero,  
Loquaculi ne exaudiant & deferant.

## ACTVS V. SCENA IIII.

Trimetri. Sacerdos, Hecastus.

**C**onfessione iam tuorum criminum  
Tandem absolta, Hecastus muriendus es  
Sacra synaxi, & unctione mystica,  
Nisi te fide Christi hæsitantem inuenero.  
Credis ne pro tua salute & omnium  
Mortalium uenisse filium Dei  
Iesum in orbem perditum, uerum Deum  
Verumq; partum uirginis? He. Sic inquiunt,  
Sic me quoq; legere memini. Hie. Credis ne cum  
Vixisse cum mortalibus sine crimine?  
Tandemq; suffixum cruci, atq; mortuum?  
He. Sic inquiunt quin & sepultum hunc asserunt.

Hie.

Hie. Responde as pro te uolo an ne tu quoq;  
Credis quod alij scriptitant & dicitant  
De Christo Iesu filio Dei unico?

He. Qui credere renuam uiris grauiſſimis,  
Scriptis suis qui hæc prodidere fidelibus?  
Quis ambigat narrasse uera Salustium?  
Quis Liuum? quis Cæſarem? quis cæteros?  
Hic. Credis ne mortuum & sepultum, tertio  
Die resurrexisse uiuum à mortuis?

He. Et id aſtruunt Euangeliste singuli,  
Die q; quadragesimo palam suis  
Cum gloria assumptum fuſſe ad æthera, &  
Patris ſedere ad dexteram. Quis hæſitet  
Poſſe omnia Dcum ſi uelit των ἁγίων.

Hic. Secede. nondum adhuc tibi locus eſt Fides  
He. An non fides eſt credere? Hie. Fidei actus eſt  
Credere quidem, ualitus haud tamen tibi,  
Ni ex uiuida & uera fide processerit.

Nam & demones credunt, tremuntq; perfidi.

He. Que uiuida igitur eſt fides quam prædicar?  
Hie. Paulatim eam (ſi intenderis) docebo te.

Credis quod omnia que patrauit filius  
Dei unicus, tibi redimendo gesserit  
Tibi natus eſt: tibi uixerit: tibi mortuus  
Sit: tibi sepultus, & tibi surrexerit?  
Mortemq; tibi deuicerit? He. Miserrimum

Me prædicas. Quanto magis enim hæc replicas.  
Tanto magis mihi dolorem exaggeras  
Barathroq; desperationis admoues,  
Qui his omnibus per sordidam uitam meam  
Me reddidi indignissimum. Nam scio euidem,  
Quod non sibi (qui iustus est) uerum suis  
Cultoribus, cunctisq; peccatoribus,  
Qui ueritate ab agnita se sceleribus  
Non denuo immersere pestilentibus,  
Fœdiſſimis, grauiſſimisq;. Hie. Ades fides.  
Nam conscia sceleris in Deum amissi, metu,  
Et pœnitudine mens uiri iam tangitur.  
Fid. Hæc tria quidem, Cognitio nempe criminis,  
Horror gehenne, & pœnitentia, leta sunt  
Veræ salutis omnium primordia.  
Iam perge, ut in Deum excites fiduciam.  
Hie. Credis' ne sanctam Ecclesiam, & omnium  
Fidelium communionem? He. Maxime.  
Hie. Carnis quoq; resurrectionem? He. Maxime.  
Hie. Et uitam in æuum glorioſam? He. Maxime.  
Hie. Quid igitur articulum unicum, qui insertus est,  
Remissionem criminum ægre creduis?  
Putas Hecaste, quod is pater qui te semel  
A morte, cui te addixerat, per unicum  
Gnatum suum redemit, omnibus tuis  
Tibi remissis criminibus haud posset

Tibi

Tibi denuo laxare quamvis maxima  
Tua sceleras, & prime saluti reddere?  
Cui subest cum uoluerit posse omnia?  
He. Potest quidem qui omnia potest, potest quidem  
Mi domine condonare si uelit, sed hæc  
Obstat mihi scelerum meorum enormitas,  
Quæ iram tremendi iudicis mihi prouocat.  
Potest quidem, sed qui uelit, qui iustus est?  
Heu quod reliqui te improbe Virtus mea,  
Sine qua salutis nil mihi spero reliquum.  
Vir. Non frangat hec te res Hecaste, nam fide,  
Neglecta uirtus est tibi recuperabilis,  
Te doceat hoc pastor tuus uerbo Dei.  
Hie. Virtus quidem semper Deo accepta est, tamen  
Non sine fide, nec absq; misericordie  
Fiducia. Mi Hecaste, non credis  
Ut maximum sic optimum? Num maior est  
Illi potentia Hecaste quam clementiae  
Cur uelle non speras tibi misererier,  
Quem posse prædicas tibi remittere?  
Credis ne tam remissionem criminum,  
Quam Christum & ortu, et passum, et in cruce mortuum?  
Non hec perinde ac illa pars fidei tue?  
Christus ne ob hoc natus, crucifixus, mortuus,  
Ut criminum remissionem credulas?  
Neq; hoc modo est credendum ei quod possit,

Sed &

Sed & quod omnibus sibi fidentibus  
Velit remittere, immo quod remiserit.  
Si corde enim credas, quod ore fateris, ut  
Quod pater Iesum à mortuis reuocauerit,  
Scruaberis, nec imminet periculum.  
Hc. Piè mones, & lachrymas mihi excutis  
Durißimo. Sed qui uelit qui iustus est?  
Permittat impunita tanta flagitia?  
O si mihi persuadeas Hieronyme,  
Erga me ita bencuolentiam Dei mei,  
Quemadmodum omnipotentiam persuadeas,  
Aequanimius (quamvis amaram & horridam)  
Mortem imminentem exciperem, & alacrius  
Profectioni accingerer. Hic. Iam asta Fides.  
Ostendero tibi, Deoq; propitio  
Persuasio. Quomodo uelit, qui iustus est,  
Obieceras. Per Christum Iesum filium  
Suum unicum respondeo, quem in hoc pater  
Demisit orbi perditō, quō ostenderet  
Magnum suum erga nos fauorem & gratiam.  
Vsq; adeò nang; diligebat perditos,  
Ut filium suum unigenitum mitteret,  
Quō omnis qui in illum creduat, non occidat,  
Sed uita in eum gaudeat. Posuit enim,  
Qui iustus est, iniurias omnium  
Nostrum innocentem in filio, quō mortuus

Vnus pro hominibus omnibus, mortem abolcat  
In singulis. Quod ergo ego, quod tu quoq; &  
Quod singuli, uel qui ante nos fuere, uel  
Sunt, uel futuri sunt, Deo peccauimus,  
Id omne in uno filio in cruce mortuo  
Abolebitur, si lapsi in hunc crediderimus,  
Omnem si in hunc fiduciam posuerimus.  
Nam sic tulit nostrum omne delictum suo  
In corpore, ut iam nulla sit damnatio  
Nobis reliqua, qui Christo Iesu nitimur.  
Nec habeat in iustis pater quod puniat,  
Pro quibus in horridam necem illum tradidit.  
Fuge ergo Hecastle ad Christum Iesum, & spem tuam  
Fiduciamq; totam in illum colloca,  
Per quem tuorum criminum (si credis his)  
Mox assequere remissionem, & gratiam.  
He. Certon' mihi istuc astruis Hieronyme  
Hie. Certissime nil hesites Hecastle. Nam  
Verbum Dei haud quaquam potest fieri irritum.  
He. O mi Deus, uideor renatus denuò.  
Tribuat tibi Deus uicissitudinem  
Mi Hieronyme. quia nisi tuo fretus forem  
Ex institutionibus solatio  
Paulomitus habitaret anima mea dolens  
Ad inferos. Mi domine Iesu, credo te  
Me & salutis gratia in cruce mortuum, &

Sangui

Sanguine tuo meum soluisse debitum.

Tu solus es mea uita, mea fiducia,

Tu solus es mea salutis anchora.

Respice pater mitissime in faciem obsecro

Christi tui, spinis uide caput obsitum,

Fossas manus, fossos pedes, membra lacera,

Vide vulnera, uide profluentem sanguinem,

Nec iudices, cui redimendo perditio

Oppignerasti in morte uitam filij.

Hic. Ne dubita Hecaste, per hanc fidem iam solueris

Ab omnibus quibus obligaris debitum.

Dominus tuas iniquitates translulit.

Hc. Credo. Sed est quod adhuc parit mihi scrupulum,

Mors horrida, atq; aspectus atri demonis

Quis terribilis (inquiunt) nil hominibus,

Post paululum quos adfuturos arbitror.

Hic. Aderunt profecto, at eis fidem atq; ægerniu tuam

Individuas comites tuas opposuero,

Quæ in omnibus periculis te munient.

Si languida est Virtus, Fides ualidissima

Ipsam tibi suffulciet. Virtus Fidesq;

Adeste huic, uobisq; fidentem amodo

Aduersus hostes obstrepentes protegite.

Abeo. uale. reuertar ut te muniam.

He. Valeto doctor optime. actutum redi.

Adeste nunc Virtus mea & Fides mea,

Liceo

Liceatq; paulum mihi uos alloqui.

## ACTVS V. SCENA VI.

Trimetri. Mors, Sathan.

Sathan quid agis? Sat. Ago quod mihi conduixerit.  
Quoadusq; te morabor improba bestia?  
Dum tu pararis annus est. Mor. quid obfui?  
Sat. Quid obfui inquis belua? Viden'sacrilegum  
Qui hinc exiit? cuius timeo fusurrio  
Hæc (te morante) elapsa præda nunc meis  
Est dentibus. Tu ingrata prorsus meis  
Beneficijs, que per me in orbe amplissima  
Imperia dilataueris. nam te Deus  
Ab initio non condidit. Succurrat hoc,  
Quòd me inuidente homini sato, ubi iam lapsus est,  
Tu primum in orbem ingressa sis, & haec enus  
Grassata in omnes, pauculos post nauiscam  
Mihi glutiendos admoues. atq; ò utinam  
De te queam me ulciscier. Mor. Tu me Sathan  
Ingratitudinis arguis, cum & ipse sis  
Ingratior me multò & impudentior.  
Quotquot tibi uoranda milia defero,  
Minus tibi immemori obtulisse iudicor.  
Ut interim non exprobrem, quòd ne quidem  
Vnum bolum de glutias, quem non tibi  
Premanderim. Verùm tuo infaturabili,  
Quòd pauciores ingeramus rictui,

Non

Non imputandum nostræ erat socordia.  
Quoniam Leo qui exilij ex Iude tribu,  
Is regna nostra plurimum turbavit, &  
Vtrig; nostrum maximam cladem intulit.  
Nam mors mihi, tibiq; morsus factus est.  
Sæuire in animas solita simul & corpora,  
Vix modo sinor sæuire nuda in corpora.  
Quos tu quoq; impellere solebas ad tua  
Nullo uetante tartara, hos si Christus hic  
Defenderit, te inuitio ad æthera transuget.  
Sat. Verum est soror, cessent querelle inutiles,  
Rem nostram agamus, ut hactenus consueuimus.  
Iuuenibus insidiemur & silcernijs.  
Nullum sinamus (si queamus) omnium  
Hinc euolare, nec migrare ad æthera.  
Et in hoc scelesto id exigamus primulum.  
Præibo, tuq; me sequeris postea.  
Nam cum illo erit mihi longa controuersia.  
Mor. Vade, interim hic mihi stimulus acuendus est.

## ACTVS V. SCENA VII.

Trimetri.

Hecastus, Fides, Sathan, Virtus.

Solaris atq; roboras mea Fides,  
Putas' ne mortuus homo rursum uiuet, &  
In hac mea uidebo carne Dcum mcum?  
Fid. Videbis oculis his die nouissimo,

De

De putri & arido excitatus pulucre.  
Canente enim tuba resurgent mortui  
Corruptione liberi nil hæsita.  
He. Non hæsito. Quid igitur obstat quo minus  
Mori audeam, & carnem sinam hanc putrefactare?  
Fid. Nihil. He. Nihil timendus hostis  
Teterrimus, quem adesse iam præfigio?  
Nihil ipsa Mors? cunctis pauenda (ut inquiunt)  
Mortalibus? Fid. Paucant iij qui sine fide  
Post scelerata postq; flagitia hinc tandem emigrant.  
Tu fidito. Nam his hostibus me opposuero, &  
Te protegam. He. Hui monstrum horridum obvia Fides,  
Fid. Contra crucem nullum ualct periculum.  
Signo hoc uetabo, hostemq; propulsabo - tu  
Fidito. Quid astas hic cruenta bestia?  
Hem, sta foris nihil hic tibi negocij.  
Sat. Nihil est quidem tecum mihi negotij  
Perfida, sed iste scelestus est meus. Fid. tuus?  
Quo iure? Sat. Quo? legum Dei transgressor est,  
Meisq; paruit haec tenus, quemadmodum  
His codicillis ueteribus, nouis quoq;  
Probabo. Fid. Lege. Sat. Primum omnium superbus est  
Et arrogans, tum in ædibus, tum in uestibus.  
Læmargus est, scortator est, adulter est,  
Oppressor est, detractor est, derisor est,  
Odiosus est & inuidus. donat nihil,

Orat nihil, ieiunat aut uigilat nihil.  
Nihil boni unquam gessit, at semper mali  
Quamplurimum. Hæc præcipua capita crimina  
Sunt: cætera articulatius sub ultimo  
Examine, & coram supremo iudice  
Citauero. Hæc meum hunc fore satis arguunt.  
Virt. Satis arguunt mendax Sathan hunc fore tuum,  
Qui ueritatis admodum parum obijcis,  
At falsitatis plurimum? Sat. Qui plurimum?  
Virt. Nihil boni unquam gessit (ut tantum tibi  
Respondeam pseudographe) in pueritia,  
Vel prima in adolescentia? quando nihil  
Præter Deum & probitatis exercitia in hoc  
Deprendere potueras? Quid? an nil interim?  
An non uel hoc in tempore est uirtus uiro  
In uoto, & in opere, modo uita sit comes?  
Num opus bonum dolere, stere, & credere  
In Christum Iesum, ut nunc uides? Sath. Tacebitis  
Ne uirulentæ & perfide? Negare non  
Audibitis, quin ipius haec admiserit.  
Loquatur ipse. Num tua haec facinora sunt?  
Nonne haec patrasti sceleras? quid submurmuras?  
Quod conscientia dictat, cloquere palam. He. Heu,  
Fides mea, omnia testis conscientia haec  
Mea facta sunt. Actum est salute de mea,  
Nisi tu adiuves. Fid. Fide, & si le refellam enim  
Tibi cunctæ que obiecit, uel obijcere queat.

Coram

Coram superno iudice. He. O utinam queas.  
Fid. Fide, & fide in spe nanc; & in silentio  
Tua fortitudo erit. He. Silcbo. Fid. Heus tu Sathan,  
Omnem tuam calumniam probat irritam,  
Quia iustus est neq; talis est, qualem arguis.  
Sath. Non est? Negare non potest, quin omnia hæc  
Multoq; pluria his sceleris patrauerit.  
Pseudographum me neutiquam probaueris.  
Fid. Probabo. nam si talis aliquando fuit,  
Nunc iustus est. Sath. qui iustus est? quo iure? quo  
Iudice? quibus meritis? quibus precijs? quibus?  
Ve poenitentiae operibus? Fid. Simul omnibus  
Respondeo. Habet hic aduocatum apud patrem  
Et iudicem supremam, Iesum filium  
Illijs & iustissimum & p̄fissimum.  
Huius quidem iusticiam & omnia merita,  
Sua arbitratur, atq; se iustum estimat.  
Sat. Quid illi & huic commune dis? Fid. multum quidem  
Modum per omnem. Iure nanc; dupliciti  
Regnum patris sui Iesus hic sibi uendicat.  
Primum quod haeres est deinde quod etiam  
Merito suo, sanguine suo, morte q; sua,  
(Cum iustus esset, & neci prorsus nihil  
Deberet) hoc iure optimo potitus est.  
Iure altero suam sibi cum patre suo  
Hereditatem uendicat, uerum altero

Hecaston hunc, quia pius est, iustificat, &  
Per gratiam sibi cohæredem facit.  
Sath. Ergo ne Deus iniustus est, qui scelera tot  
Et tanta non ulciscitur? Fid. Planè ultus est  
Et grauiter ipso in filio, quem pro omnibus  
Peccamibus acerbissime morti crucis  
Contradicit. quò omnes qui in illum creduant,  
Non occidant, sed uita in æuum gaudeant.  
Hic credit ergo iustus in fide sua  
Te in uito in æuum cum Deo uicturus est.  
Sath. uicturus est? Non dixeris in ultimâ  
Discussione iudicis, ubi singula  
Et dicta, & acta, & cogitata exactius  
Obtrusero. Fid. Ne glorieris nam pari  
Quo nunc, tua argumenta tunc refellero  
Dilemm:te. Sat. Hei, conatus est meus irritus.  
Vah, τισις execranda, quantum obes mihi  
Tua πτίσια. O si te potissimum ulcisci, & his  
Te dentibus uelut hanc schedam discerpere.  
Fid. Funeste abi, descendere in atra tartara.  
Nam mox Hecastus ad astra scandet lucida.  
Sath. Propulsus hinc, uidebo si ne alijs queam  
Imponere, ubi prothotypon hoc reposuerint  
Tuto in dicm nouissimum. Iam mors adest,  
Passura mecum mox repulsam (ut arbitror)  
Non disparem. Nam sacrilegus hic è pixide

Sua

Sua (uti solet) ægro uitæ edulæ porriget.  
Aditumq; letho neutquam letum sinet.  
Latebo in hac cauernula, quô conspicer  
Morti quid aduentus ferat serotinus.

## ACTVS V. SCENA VII.

Trimetri. Philomates, Hieronymus.

**M**ortem imminere debili præsagio  
Ex pulsu, & atro lotio. Quid sacrificius  
Moratur, ut patri prius synaxin &  
Sacram unctionem porr'gat? Sed eccum cum,  
Cum Acolyto bone speci adolescentulo.  
Hiero, Salve Philomathe. Phil. saluus es, Hie. Qui scese ha-  
bet

Pater æger? an' ne spes aliqua salutis est?  
Phil. Nulla est, ut atrum hoc lotium, atq; languidus  
Arteriarum pulsus indicant subi  
Tectis celeriter, ne probro nobis fiet,  
Si non sacris munitus hinc decesserit.  
Profecto enim Mors ipsa præsentissima est,  
Et horror illius mea artua concutit.  
Hie. Sequere. Phil. Prei. —

## ACTVS V. SCE. VIII. Trimetri.

Mors, Fides.

**S**-At distuli iam tempus est,  
Ut spiculum in hunc Hecastum acutum torqueam.  
Cui hactenus (quoniam Sathan ægerrime

Tulit) data est dilatio. At iam sentiat  
Quām rigida nostra imperia sunt. & quo pede has  
Ditissimi pulsabo, ut ædeis pauperum.  
Hecaste Hecaste, aperi fenestram, Mors adest.  
Fid. Quis pulsat improbè has forcis? Tu belua?  
Tu omnem familiam territas? Mor. Ego pulsito.  
Ego territo omnes pro mea libidine.  
Fid. Tyrannidis, non iuris hæc præsumptio.  
Mor. Hoc iure dominor omnibus uiuentibus,  
Nedum hominibus, quorum modo hunc, modo alterum.  
(Non aliter atq; pastor ouiculas suas)  
Deglutio. Fid. Atqui istuc lupi, haud pastoris est.  
Scioq; futurum, quod ruct regni tui  
Pars altera. Violenta nulla diutina  
Mor. Nunquam futurum suspicor. Sed alterare  
Quam tu mihi partem auferendam suggeris?  
Fid. Regni tui partes duas experti erant,  
Quosq; Adam prævaricator severat,  
Verasq; diras atq; formidabiles,  
Gemina tyrannide nempe mortem duplcem,  
Et corporum primam, & secundam spiritus.  
Præsentis illam, & hanc futuri seculi.  
Mortem secundam filius Dei abstulit,  
Dum seuiente te quidem in cruce mortuus.  
vivusq; te inuita regressus ab inferis  
Mors tha fuit. Tum eternitatem susulit

Tu et tyrannidis omnibus, qui partem habent  
In prima & vasare. Mor. Quia anastasi putas?  
Fid. Quia quemadmodum de te triumphans filius  
Per gloriam patris sui surrexit, ut  
Ita per fidem ipsi suscitati a mortuis  
Operibus, in nouitate uite obambulent.  
Hanc partem habens Hecastus hic, quanquam eger est,  
Minas tuas deridet & stimulos tuos.  
Mor. Deridet? at iam sentiet quam temere ea  
Deriserit. Fid. Deridet, & scitiissime.  
Mortem quod hanc uite sciat portam fore.  
Cupiens resolui ergastulo, & Christo frui.  
Certò futurum præsciens, corpusculum hoc,  
Licet putrefact maxime, nouissimo  
Tamen die resuscitandum ad gloriam.  
Vbi tunc erit stimulus tuus, ubi tunc erit  
Victoria tua & arrogantia? An' ne tunc,  
Quia nunc uidere in corpora haec grassarier,  
Destructa erit regni tui pars altera?  
Nonne in tua uictoria absorbeberis?  
Ingredere nunc, & omnibus neruis tuis  
Grassare in hunc. Non obfuisse uideberis,  
Sed profuisse plurimum, cui glorie &  
Vite perennis tramitem patefeceris.  
Mor. Videbo mox quid possem. Quamplurimos  
Vidco interim, qui magna de se iactitant,

At posteaquam ad prælium peruenierint.

Conterrati dilationes postulant.

Fid. Qui audacia suisq; freti viribus

Tibi congregari uoluerit, talia perpeti

Non ambigo. Veruntamen qui cum Fides

Pugnauerit, tua non pauebit spicula.

Mor. Tun' ergo congressura mecum in prælium?

Fid. Congrediar, atq; cliens minas per me tuas

Irriserit. Mor. Me obtundis his sermonibus.

Si sic agatur, inuocandus est Sathan.

## ACT VS V. SCENA IX.

Trimetri. Hieronymus, Hecastus, Fides, Virtus.

**A**Vdisti Hecaste quemadmodum pro te Fides

Certauerit munitus insuper es sacris

mysterijs caue expauescas hostium.

Horum timorem eneruum, sed ab angelis

Confide te carnis solutum vinculis.

Mox euhendum in alta refrigeria. He. Sic.

Fido Domine letusq; mortem aspexero,

Tantoq; itineri alacriter me accinxero,

Sciens me Iesum habere coram iudice

Summo et patronum et aduocatum strenuum.

Sed te obsecro Fides mea et Virtus mea,

Ne deseratis me ultimo in discrimine.

Fid. Non deseram uel hinc euntrem, uel patris

Summi tribunal iudicis cum accesseris.

Vir.

**Vir.** Nec ego fide suffulta modò te deseram.

**He.** Euge, adsit hic cruenta Mors, & ut eximat  
Me ergastulo, sua nibret in me spicula.

**Fid.** Præsente sis animo ipsa mors nunc ingruit.

## **A C T V S V . S C E . X .** Trimetri.

**Mors, Fides, Hecastus, Sathan.**

**V**bi est homo tanta tumens superbia,  
Ut audeat minas meas & spicula.

**Animo uolenti interritoq; excipere?** **Fid.** Adest.

**Nec est superbia hæc uel arrogantia,**

**Sed in Deum fidei bone constantia.**

**En tibi hominem.** **Mor.** Moriturus es. **He.** Et id expeto.

**Fid.** Responde ei uoce ut uales, nihil hesitans.

**He.** Nihil hæsito, sed languido uox deficit.

**Fid.** Sic inquies: Fera bestia sitibunda Mors,

**Non timeo te, aut iictus tuos.** **He.** Non timeo te, aut

**Iictus tuos.** **Fid.** Nil metuo acutam cuspidem.

**He.** Nil metuo acutam cuspidem. **Mor.** Nihil? **He.** nihil.

**Mor.** Quo fretus auxilio? **Heca.** Fide, Mors, Hei, Fid. Sed  
gaudeo

**Nunc emori.** **He.** Sed gaudeo nunc emori. **Fid.** Et

Cum Christo in æuum uiuere. **Mor.** hem tabesco iam. **H.** Et

Cum Christo in æuum uiuere. **Mor.** Haud consto mihi.

**Fid.** Corpus meum licet modo imputrefcat in

Sterquilinio. **He.** Corpus meum licet modo

Putrefcat in sterquilinio. **Fid.** Credo die

Nouissimo resuscitandum ad gloriam. Hc. Euge,  
Ad gloriam.. Fid. Quapropter in manus tuas  
Dominus Deus commendō spiritum meum.  
Hc. Quapropter in manus tuas Domine Deus  
Commendo spiritum meum. Fid. Grassare nunc  
Crucifix Mors, pallefacat os, genae cadant,  
Oculi hæredant, cutisq; lurida squalleat,  
Singultat flatus in anhelo pectore,  
Animamq; promptam ardente tandem spiculo,  
Quo ictu uales, uite perenni separa.  
De te, uelis, nolis, triumphat spiritus.  
Mor. Morere caro. Fid. Euge, quietum ad Abraham finum  
Ab angelis deductā mens, nobis quoq;  
Comitanib; sursum euolat. Mor. Fides Fides  
Malefida, quām mihi & Sathanāe incommodes.  
Confusa sum. Sath. Victi sumus fugiamus hinc.

ACTVS V. SCE. XI. Trimetri.  
Philoponus, Cognati, Amici, Vxor cum familia.  
**H**eu heu tribules, flete Hecastum mortuum.  
Cogna. Quid ais? Hecastus mortuus? Ami. Quid  
clamitas?  
Phi. Hecastus est mortuus, & huic saligno mox  
Loculo inferendus est. Ami. Hecastus mortuus?  
Eheu mi Hecaste, doleo quod te amissimus  
Virum integrum, & in omnibus amicum strenuum.  
Cog. Quis contineat à lachrymis, tanto uiro

Tam

Tam nobili, tam diuite, et iuventa florido  
Suis adempto? Ami. Et morte tam subitanea,  
Vbi uxor est: ubi liberis Phi. Mæroribus  
Se macerant in ædibus miserrime.  
Eccos simul familia tota proruit,  
Suffusa lachrymis. ualete. Cog. Proh dolor. TO A  
Tibi dent Dij cognata nostra Epicuria &  
Gnatis tuis in his dolendis casibus  
Latam uicissitudinem. Epi. Heu uiduata sum  
Viro optimo infelix mulier. Heu me, uiro  
Meo optimo uiduata sum. Am. Nos quoq; uiro  
Fidissimo. Iam quiq; pullis uestibus  
Studebimus operirier, quô post die ab  
Hinc tertio digne exequiamur funera.  
Cog. Dignissime exequias uiro apparabimus;  
Non durco parcemus uni aut alteri.  
Atq; utinam cum queamus hic reducere  
Mille aurcis, et has redimere lachrymas.  
Phil. Dulcis mihi affectus patris lachrymas ciet.  
Phil. Quid ni excitet totus quidem uideor mihi  
In lachrymas resoluier. Epi. Proh proh dolor,  
Quis det meis oculis perennes lachrymas,  
Aut sempiterna flumina, ut cordis mei  
Ter maximos queam dolores prodere? Anc. Heu,  
Te ploro Hecaste mortuum. An. Heu, quis non fleat  
Te amice Hecaste mortuum? quis non fleat?

Epi.

Epi. O amica lumina, libra blinda, amabiles  
Gene, ut modo tenebrosa, pallida, squalida?  
Vt cuncta membra corporis flaccida? Heu  
Dolor dolor, quin ipsa pro te mortua?  
Sic separas charissimos amara Mors?

## ACTVS V. SCENA XII.

Tronetri.

Hieronymus. Gr̄ex.

**Q**uis planctus iste inordinatus mulier est?  
Quis liberi & reliqui uiri, quis planctus hic.  
Id scire uos de dormientibus uolo,  
Vos (inquo) quos Christiana roboret  
Merito fides, ut non perinde ac ceteri,  
Vite quibus spes nulla, contristemini.  
A mortuis si credimus quod filius  
Dei excitatus est, per illum nos quoque  
Premortui de puluere excitabimur.  
Quandoquidem dominus Iesus in die  
Nouissimo descendet in tuba Dei è  
Cœlestibus, deinceps resurgent mortui.  
Nam tuba canet cœlestis, & qui dormiunt  
Corpore resurgent integro. Nihil igitur  
Tristemini uestro de Hecasto sub fide  
Hac Christiana mortuo, sed hoc magis  
Lætamini, quod absolutus corporis  
Molestijs, in pace Christi dormiat.

In regeneratione reddendus quidem ad  
Vitam omnibus Christi in fide morientibus.

Epi. Ergo uita residua est morientibus?

Hie. Residua, non iustis modò, sed & omnibus

Qui post peracta scelera redeunt ad Deum,

Per pœnitentiam. Lib. Ergo post surta & supra

Sperabimus uitam beatam cum Dijs?

Hie. Sperabitis fide atq; pœnitentia.

Cog. Sperabimus ne & nos? Hic. Item sperabitis.

Am. Nos itidem? Hic. Identidem. Neq; est acceptio

Personæ apud Deum, sed omni in gente, qui

Timet Deum & operatur ea quæ iusta sunt,

Acceptus est ci. Hinc simul resipiscite,

Et corrigite quod in Deum peccatis, ut

Cum uenerit iudex die nouissimo,

Non ad necem, sed ad perennis glorie

Vitam resuscitarier mercamini.

Ad quod nihil lachrymæ hæ ualent, nec luctus hic,

Nec pulla uestis, nec cucullus prominens,

Sed uitæ honestæ melior institutio.

Phil. Recte mones uir omnium piissime.

Liquamus omnem hunc apparatus splendidum,

Liquamus omnem luctum inanem & lachrymas,

Moresq; nostros corrigamus pristinos.

Si multo amoeniora uitæ munia,

Post hanc calamitatem morantur in fide,

Spe & charitate Mortuos, quid residuum est.  
Nisi ut hunc diem cum patre agamus mortuo  
Lætissimum non in cibis & poculis  
Grauioribus, natura quam poposcerit,  
Nec tympanis & organis, sed maximas  
Deo exhibendo gratias. Viro pio  
Congaudemus intimis affectibus,  
Et absq; pompa inutili exequias pias  
Patri paremus mortuo. Gr. Optime mones.  
Congratulemur mortuo, & domino Deo  
Dignas agamus gratias. Hie. Sic expedit.  
Phil. Assentior. Procede Dætre ex edibus  
Tantisper huc, dum quod uolo ex te scisciter.  
Procedat atq; Oeconomus huc. Oec. Oeconomus hie.  
Dæt. Et Dætrus hic. iam sciscitare quod uelis  
Breuiter, quod haud abesse licet obsonijs. f  
Phil. Quid? adhuc ne plene cocta sunt ob onia?  
Dæt. Iam cocta sunt, uerubusq; detrahenda sunt.  
Iube ingredi cito quos uelis accumbere.  
Phil. Iubebo. abi. fac singula expedita sint.  
Dæt. Curabitur. Phil. Tu Oeconome paululum foris  
Morabere, ut dicas uale. spectantibus.  
Oec. Curabitur. Phil. Cognati & alij amiculi,  
Quos mane pater ad uesperum coniuium  
Vocauerat, nobiscum ad ipsum ingredimini.  
Ut quod gule paratum erat, sumamus hoc

Frugaliter non absq; honesto gaudio  
Gr. Sequimur. præ i. Oe. Vos qui aduolastis impigri ad  
Nostra hæc theatra, tum uiri, tum foeminæ,  
Adite nunc uestras domos sine remora.  
Nam Hec astus hic quem morte cæsum exhibuimus,  
Non ante tertium diem tumulandus est.  
Valete cuncti, & si placuimus, Plaudite.

F I N I S.

Agg88A

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100